

THERMOLOGIA ARAGONIA,

S I V E

HISTORIA NATURALIS THERMARVM

In Occidentali Campaniæ ora inter Pau-
silippum, & Misenum Scatentium,
iam Æui iniuria deperditarum,
&

PETRI ANTONII AB ARAGONIA

Studio, ac munificentia restitutarum,

Vbi eruditè differitur de Pyrosophia, & Hydro sophia Ar-
canis, origine Fluminum, incremento Nili, Aestu Ma-
ris, exalationibus terra, ac insuper de Calore,
& Luce non vulgariter philosophatur,

ÆGREGIO VIRO

PETRO VALERO
DIAZIO I.C.ARAGONENSI

AUTHORE

SEBASTIANO BARTOLO

In Neapolitano Gymnasio Philosophiae,
& Anatomiae professore primario,

opus posthumum recensitum à Michaele Blanchardo Phys.
Iusoph. ac Medic. Doct. Authoris disciplina Alumno.

Tomus Secundus.



Neap. Ex Typographia Nouelli de Bonis 1672.
Superiorum facultate.

ILLVSTRISSIMO DOMINO

D. PETRO VALERO
DIAZIO
I. C. ARAGONENSI

Catholice Maiestatis in hoc Regno Neapolitano Consiliario à Latere, ac in Regno Siciliæ Supremo Censore.

Romissi Operis Thermologię
P Aragoniæ , Vir Illustrissime ,
tunc primum rei veluti inex-
plorate me fefellit iudicium suaserā
enim mihi exiguo labore, breuiq; tē-
poris spatio ea,qùæ ad Thermarum
Campaniæ restitutionem , earumque
vsum pertinerent, angusto cōprehen-
dere posse volumine, vt publici iuris
fierent: sed enim verò cum per Ther-
marum exiles scatebras, tum Natura
ludens,tùm blandiens Scriptorū eru-

a 2 ditio

ditio me in vastum eduxissent rerum
Océanum, anceps fui, an meæ vires
labori, an vita temporis sufficerent ad
exiguam illarum partem colligendā,
qua redux in portum eam, possem in
publico litterarum emporio expone-
re èruditorum: tristabar interea, do-
ctos aliquos viros amicos promissi
operis expectatione frustrari, nec sint
pudore eos de eius publicatione sci-
scitantes audiebam. Angebar his cu-
ris, quum improvisa cogitatio modū
mihi suggestit, quo promissis satisfa-
cerem, absque eo quod præcipiti ca-
lamo apparatuq; tumultuario huius-
modi opus, laboris alioquin, tempo-
ris, & studij diligentioris indigum, in-
tempestiuè maturarem: ansam cogi-
tationi dedit, prò comperto habere,
illum Campaniæ tractum, vndique

Ther-

Thermales aquas effundētē, apud an-
tiquissimos Græcos Scriptores *Phle-
græ Cumee* meruisse nomen, ac prò vo-
to, vt res mihi cederet fore existima-
ui, si vnumquemque Cumanæ illius
Phlegræ locum reliquis nomine, &
finibus discretum, successiuè in sin-
gulare, propriumque digessisse opu-
sculum, quod tū Thermarum aliquā,
tūm aliquid aliud notatu dignū, quod
illic inuenirem complectetur; ità
enim, si prolixiora mora, quæ totius
Phlegræ postrema sunt opuscula, vt è
prælo emergerent, retardarentur; pri-
ma, ea passim reliqua, quæ in lucem
prodirent, tūm numero expectantium
patientiam compensarent, tūm par-
uitatem voluminum legentium fasti-
dium minuerent; id cum præmonere
deberem *Phlegræ Cumane Chorogra-*

a 3 phiam,

phiam , usque in ipsa Phlegra manantium *Thermarum Cronicon* , veluti duo Cardines , quibus totum Aragonium Thermologicum opus innitur , hoc libello veluti subsequentium prodromo exhibere curaui , quem nomini tuo Vir Illustrissime Litare , ipsa quam continet , materia me cogit : quippè de rebus à nostro seculo disficiens , quas cursim vix attigere vetustissimorum Scriptorum calami , hactenus inueni neminem , præter te , qui supra seculi sortem ad exactissimam veritatis normam eas interpretetur , multaq; recentioribus pandebret , quæ Scriptorum obuoluta tenebris , essent penitus in obscur:o : quod magnū sanè exhibit sublimitatis ingenij tui specimen , quum magistratus Regni mole grauatus , cui sustentandę mul-

multorum absorbentur vires, varietati studiorum, & multum vacare, & in ijs sumoperè proficere quæas. Cæterum, Vir Amplissime, nomine tuo panegyrim hic attexere alienum omnino duxi, quippè silent Scriptorum laudes, vbi generis Claritas, Fortunæ opes, animi virtus, & legalium litterarum consummatio Austriaçum impulere Monarcham, vt in hoc amplissimo Regno te Supremæ Reipublicæ administrationi in Collaterali Consilio admoueret, & in proxima etiā Sicilia nuper grauissima tibi negotia cōcrederet; grato ergo animo meum hoc excipe obsequium nec te exterrat obtrectatium Medicorum emulatio, qui, Chymiaræ peritia turpitudinis notâ incurseret, mihi Chimici nomen attribuentes, gregariæ phebacu-

iae horribilem, odiosumque me exhibent: enim uero cum solo veritatis amore deuinciar, & ingenuitatem intermedendo non imposturam profitear; magnorum virorū admonitione frētus, tāquam seruile, & illiberalē interfectorios annumerari semper exhortui: equidem reguntur pedissequacū manibus infantium labantia corpora, ducunturq; à veterinarijs fatua iumenta capistris; at qui in humanitate, & litteris adoleuit, si proprijs non initatur viribus, si veritatis semitam non eligat, & quorsum illum abducit alterius hominis authoritas vestigia dirigat; Infantili imbecillitate, brutalique ineptitudine premi, velit, nolie ex ipsa assentiendi procliuitate fateri cogetur; id me Vir Illusterrime non eo temerario ausu afferuisse; tibi suaz
deas

deas velim, ut erudiri quippiā in fa-
culty aliquā queat, qui Doctorum
vitorum scripta in ea facultate præ-
stantium multoties non euoluerit, ra-
tionum momenta non perpēderit, &
genuinam eorum mentem in ijs, quæ
docent non attigerit; tantū enim
abest, ut in suis nōn exercere sese in-
gencia iniquè suadeam; ut fatear huiu-
scemodi labores dumtaxat posse in-
tegram, atque inculpatam ijs parere
libertatem, quæ non hominum, opī-
nionibus amplius, sed veritati solūm
obsequitur; Hinc ego in re medica
Paracelsistam, vel Helmōtianum ap-
pellari non minus abominor, quam
Hippocraticum, vel Galenistam; suo
enim horum celebrrimorum homi-
num vnumquemq; prò virili artem
medendi nouis inuentis adauxisse, ac
re-

remediornm suppelleat ille locupletas-
se, quorum beneficio nos fruemur, si
reliqui in vnius Hippocratis verbo
iurassent, & vix ab eo partæ medicinæ
suppetius non tulissent: quod planè
documento fuerit prudentem nō de-
core Virum aliorum nectare spredo
vnius tantum libare dulcedinem, qua
vix summis labijs, à seckaris gustata,
ità inebriantur, vt tantillum alterius
doctrinæ, nō solùm non capiant, sed
neque in ea admoniti animum; ver-
tere dignentur; ò vtinam aliquando
prudentissimis viris, qui summas in re
Publica gerunt magistratus. Pientis-
simus Deus cogitationes injciat.
proudendi, vt optimi ciues valetu-
dinem, vitamque suam, nonnisi pro-
bri, & prudentissimis Medicis com-
mittere possent; Evidem hac re co-
gnita,

gnita, plerosque illorum, qui nunc
artem profitentur non ut Medicos,
sed ut Sicarios, qui specie curādi ho-
mines necant è medio tollerent. Nec
verò quisquam mihi vitio vertat ta-
lia hæc de artificibus (non de arte
proferre, quam similia de ipsis legum
Professoribus, & de illarum sanitate
corrupta pronuntiare non sit veritus
grauissimus Magistratus, & Consul
Romanus Aurelius Simmacus, ait
enim epistola CXVI. Utinam leges
æque mecum Valerente! quarum sa-
nitas ab ipsis plerum, corruptitur,
quibus curanda mandatur, sed non
pergam longius, dum deditissimus
Tuæ Dominationi Illustrissie omni-
bus in meis actionibus operibus sem-
per ero futurus. Vale nonis Octobris
M.DC.LXXII.

Sebastianus Bartolus.

IN Congregatione habita coram Eminentissimo Domino Cardinali Caracciolo Archiepiscopo Neap. sub 17. Martij 1676. fuit dictum, quod Reu.P.Dominicus Iameus Soc.Iesu reudeat, & in scriptis referat eidem Congreg.

F.Scanegata Vic.Gen.

Joseph Imperialis Soc.Iesu Theolog.Eminentiss.

Eminentiss. Princeps.

IVSSU Eminentiae Tuæ vidi Libellum vnum, & alterum, qui inscribuntur, Thermologia Aragoniæ, & nihil in ijs reperi, quod veræ Fidei, bonisque moribus refragetur. Typis igitur mandari oterunt, si ea fuerit Eminentiae Tuæ mens. Neapolii 3.Iannarij 1679.

Eminentiae Tuæ

*Omni obsequio Addictissimus Famulus
Dominicus Iamæus Soc.Iesu.*

IN Congregatione habita coram Eminentissimo, & Reuerendissimo Domino Cardinali Caracciolo Archiepiscopo Neapolitano sub die 18.mensis Ianuarij 1679. fuit dictum, quod ita relatione supradicti Revisoris, Imprimatur.

Stephanus Menattus Vic.Gen.

Joseph Imperialis Soc.Iesu Theolog.Eminentiss.

ECCELLENTISS. SIG.

Michele Blancardi supplicādo espone à V.E. come desidera dare alle Stampe l'Opera del q. Sebastiano Bartolo intitolata Thermologia Aragoniæ. Per tanto supplica V.E. darli licenza la possa dare alle Stampe, e l'hauerà à gratia, vt Deus, &c.

*Reverendus P.F. Eugenius de S. Ioseph videat, & in scriptis
S.E. referat.*

**Galeota Reg. Carrillo Reg. Calà Reg. So-
ria Reg.**

Prouisum per S. E. Neap. die 20. mensis Aprilis 1678.

Scoppa.

Excellentiss. Princeps.

Sebastiani Bartoli currentis saeculi Philosophi cèleber-
rimi, ac sapientissimi viri (cuius memòria in benedictio-
ne est, vixit enim cum gloria, licet non extra inuidiam:
Deuixit cum inuidia in eius felici transitu assisten-
tium, & piè credimus extra veram gloriam non esse.)
Opus posthumum Termologia Aragoniæ inscriptum,
Excellentia Vestra iubente, perlegi. Nihil contra Regiam
Iurisdictionem continet, sed omnia encomijs, & admirazione
dignissima. Igitur potest, & meretur lucem aspicere, in se habens, vt Lignum descriptum Apocalypsis cap.
22. *Folia ad sanitatem gentium.* Inspirat in dies, ac diù suspirabit Parthenope, Italia, Europa, Orbis literarius Autorem absentem, absentem utique, non mortuum. Si enim
Lege

Lege Salica, Gramondo teste, Reges non moriuntur in Gallia, nec immortalis Sapientia diplomare Sapientes in Mundo; viuunt namque & melius, & felicius in suis libris, quam in Liberis. Cunctos Excellentia Vestra solatio afficer, si diu optatos huius Magni Viri partus à cunctis publicè permiserit posse aspici, quia sic iterum audie-
mus cuncti, ac perenne Sebastianum Bartolum Philoso-
phantem egregiè. Datum in nostro Collegio Theologi-
co S. Januarij Turris octauæ pridie Idibus Maij 1678.
Excellentia Vestra

Addictissimus, & humillimus seruus


*F. Eugenius à S. Joseph Carmelita Excalceatus,
S. Theol. Professor Ordinarius, ac Concionator
Casarens.*

à supradicta relatione Imprimatur, verum in publica-
tione seruetur Regia Pragmatica.

Aldeota Reg. Carrillo Reg. Valero Reg.
Calà Reg. Soria Reg.

visum per S.E. Neap. die 30. Junij 1678.

Scopps.



THERMOLOGIAE ARAGONIAE PAVSILYPVM.

PVASILYPVM amoenissimum promontorium, Neapolii Puteolos abeuntium oculis, primum prospiciendum se prebet; hoc ubi effossum, pertusumque mari se mergere incipit, passuum ferè mille ab Occidentalibus Vrbis moenibus distare conicitur; quo interuallo, suburbanus ille vicus, perpetuo vere luxurians, quē *Chiaia* appellat Neapolitani, est positus: tanta clementia cœli, tanta aeris salubritate, tanta viridiorum amoenitate donatus, ut procerū frequentia nobilitatus locus, omnium deliciarum epilogus iuremerito existimari possit, quod non solum nos incolæ testamur; sed Stanislaus Rescius Regis Poloniæ legatus, Simoni Simonidæ poete laureato scribens, ita de eo sensit. *Sedem porro* Epist. 5.

A

in

*in locis Suburbanis non modo magnis viris charam,
sed & i psis etiam , ut Gentilitas putabat , d ys im-
mortalibus amicam. Ab Aquilonaribus inclemen-
tijs locus defenditur colle, quem Liuianæ Palepoli
tunc imminere existimauit Pontanus , & nunc*

*lib.6.de Vomere appellant , hic dum è castro Sancti Era-
bel.Ne- smi , vulgo Santermo , Occasum versus leni , cul-
ap. toque iugo extenditur , flectitur ad Austrum , ac
mari Miseno , & Athenæo promontorijs in-
tercluso , quod *xpatrnpa* appellauere Græci , se-
mergens , in promontorium Pausilypum proten-
ditur , finumque ferè imperturbabilem efficit , ab
Oriente Platamonij , Castroque Lucullano vulgo
Castel dell'Ovo terminatum . Collis eò situ , quo
in Orientem , & Austrum inclinat , per triu-
millum passuum spatium , placidissimè exoscula-
tur vndas , à quibus intimè admissus eò eas depe-
rit , vt ad planitiem terè inclinato cliuo , nunc sub
ijs mergi , nunc ab ijs emergere , facillimè crede-
res , atque vt vbiique charis se sèmpre intermisceat
vndis , passim in suis visceribus adapertis sinibus ,
placidè murmurantes eas admittit , eæque ipsum
se cupidè insinuantem admittunt : adeoque reci-
procis commiscentur amplexibus , vt prætereun-
tem sèpissimè fallant , qui dum siccum montem
pedibus calcare credit , zelotypa accurrente cir-
cumalluitur vnda . Pro tanta collis amœnitate à
Flora , Pomona , & Baccho quolibet anno pugna-
tum est ; horum enim numinum vnumquodque ,
sibi Pausilypum pro regia dedisse Iouem , alterca-
batur ; tandem vt duo per collem errarent , & ter-*

tio per anni vices vicissim ditionem cederent, inter se conuenere, ita ut nunc Baccho, & Pomona floribus ornet solium Flora, nunc inter flores turgidus rideat vindemia Bacchus, excludatque nouos fructus, dum dat Pomona maturos; colligatur ex hoc huius loci cœli temperies, quæ ex singulari quadam dispositione ver perpetuum in colle producit; etenim à parte Septentrionali eminentioribus aliorum collium iugis, ab Aquilonis Boreæque rigore defenditur;

In uida purpureos vrat ne bruma racemos;

Et gelidum Bacchi munera frigus edat.

Vt dum vniuersa Campania eō exuritur, ventique impetu arboribus spoliatur: tepescat cœlo Pausilypum, ac tranquillum neque fronde moueat. Dum deinde versus Austrum Promontorium in mare descendit, cunei figuram exprimit: nam humile quantum à parte Orientali (quæ veluti extrema montis, Neapoli conspicitur) in templum Veneris Euplææ, quod nunc vulgo dicitur *la Caiola*, recta linea versus Austrum inclinante, progreditur; tantum alia recta versus Occidentem extensa, sublime emergit ab vnda, præruptaque altitudine partem Occidentalem, obtinuit: vt Austri, Occidentaliumque ventorum sublimi arginereparato furor, imperturbabili cœli apricitate, Orientales incolæ recrearentur; neque tantum hæ, quibus collis abundat, dotes ad amēnitatis negotium facessunt, sed ea, quæ indè circumspicitur ora, quam maximè loci felicitatem adauget; etenim præter quam quod in subiecto

maris crater, veluti in speculo se ipsum adumbrat Pausilypum, qui eius delicias incolunt, Capreas, Mineruæ promontorium, Surrentum, Herculanum, Pompeianum, Vesevum, paludes Sebethicas, collesque Neapolitanos trans mare, vastum veluti theatrum, varias scenas representans, affiduò prospectu intuentur. In vniuerso itaque terrarum orbe, si tanti Felicem veteres fecere Campaniam, felicissimum adeò hunc in Campania estimauere collem, ut procluis in nominum proprietates Græcorum sagacitas, illius nomen ex duplice dictione conflauerit ex παυσις scilicet, & οὐρος, quæ à mortalijs quietem designantes, dedere Pausilypo etymon; non secus ac, apud Suctonium, Capreas dixit Augustus ἀπράγος πόλη, idest urbem negotij vacantem: est etiam apud Sophoclem dictio hęc παυσιλυτος poculum, denotans in conuiuijs, tertium, Ioui seruatori dicatum, quod curas abigeret. Vetustissimum huius collis, & vnicum itaque Nomen (nam incongruè apud Franciscum Petrarcam, & Franciscum Lombardum nunc sub nomine Falerni, nunc Postripi legitur) fuit Pausilypum, quodq; pro more, ut carmine luderent, diuersè usurparunt poetæ; quandoquidem pro Numine agresti, pro rustico vinitore, in vitem conuerso, ac sēpè pro iocundo loci alicuius genio, eo sunt usi Latini Poetæ, ac Musis non pauci celebres Hetruscis; vt apud Cappacium hoc epigrammate.

*de ans. Pausilypus noster, qui nunc dat nomina monti,
Puteoli. Sic dicta à magno Cæsare Villa fuit;*

Quod

Quod foret insanis requies fidissima curis,
Et portum fessæ redderet ille rati.
Et Flaminius hoc alio.

O vitam ille suo me fistat numine sancto
Ad fortunati numina Pausilypi.

Littora diuino quondam celebrata Maroni,
Et patrio Minci flumine chara magis.

Littora, que toties viderunt Calliopeam
Dicitantem vati carmina docta suo.

Ac Sannazarus de eo sic cecinit.

Te quoque formosæ captum Nesidis amore,
Pausilype, irato compellat ab equore quæstu.
Quem lepidè imitatus Bernardinus

Rota, de quadam Villa sic scripsit.

Huc fugite ò Dryades, dominus loca tuta parauit: lib. epig.
Ne vos, dum sequitur, Pausilypus rapiat.
Et alibi.

Iam vocat me Pausilypus, canenti
Plaudit, & clari tumulus Maronis
Me vocat toto veneranda Mergil-
lina profundo.

ibidem.

Et alibi Æglæ alloquens.

Tu mihi das Pausilypi recessus,
Tuque craterem pelagi videre, &
Antra, & in primis veneranda magni
Busta Maronis.

ibidem.

Alibique iucunda elegia sic eius insinuat Fabel.
Iam, quam ad Rodulphum Pium mittit.

Forie sub umbrosa caniabat vinitor ulmo
Pausilypus, &c.

lib. 3. e.
leg.

Quam paulo post ita absoluit.

6 Thermologiæ Aragoniæ

Sed bacchi pietate (canat quis mira Deorum?)

In vitem, hærebat cui modo, versus abit.

Quæ nūc moesta etiā illacrymat, quæ coriice manat,
Heū memor exitū tempus in omne sui.

Frequentatissimum apud antiquos fuisse Pausiliyrum, excauatum sub eo antrum, Magni Maronis tumulum, & vetustissimorum edificiorum rudera, regiam magnificentiam ostentantia, quæ passim in eo occurunt, plenissimè testantur: neq; villam solum; sed Fana, murorum ingentia fundamenta, cementsi elegantia, aquæ ductus, montis inanitates, pilæ, moles, tam in continenti, quam in mari, non exiguum urbem in eo fuisse, licet collapsam repræsentant: nos ergo, vt ordine omnia prosequamur, ab admirabili illa Neapolitana Crypta esse incipiendum, pretium duximus operæ.

Etenim quamuis Pausiliyrum altum emergat, ubi Chiaia desinit arenosum littus; Neapolitano Pu-teolos abeuntibus, planissimum per cryptam præstaret iter, rectissimumque foret, si Diuæ Mariæ templum ad ostium cryptæ cum cœnobio, & viridario illud non diuideret, eiusque rectitudinem in cryptam non interciperet; dum enim ad turrim notati viridarij vulgo *La torre di Chiaia* peruen-tum est, à sinistra per littus via producitur in Pausiliyrum; à dextra verò recta, usque ad templum, quod antequam habeatur sinistrorum in pomerij pariete Petri Fernand. munificentia in fonte his lineis legi, si iuuat, potest.

PHI-

PHILIPPO III. REGE
Maris oram cœlo , ac situ felicem
Ducta perenni aqua ,
Aincenissimam reddidit
Petrus Fernan. de Castro
Lemensium Comes Prore ,
Publicæ felicitatis studiosissimus
Curantibus Ædilibus
M. DC. XIII.

A templo in cryptam obliquum continuatur iter;
quippe per posticam templi partem , versus Meri-
diem triginta ferè passum spatio , flectere illud
cogimur, vt cryptæ ostium veniat in prospectum;
dum ad illud peruenimus, hinc, atque illinc excisi
montis sublimes , repentesque suspiciemus rupes,
quarum, sinistra Magni Maronis tumulo superbit,
hac parte inaccessibilis ; dextera , neque tumulis
caret; sed ignotorum cinerum . Horribilis est, im-
manis illius hiatus repentinus aspectus , adauxitq;
haec tenus horrorem , loci alioquin admirabilis ,
agrestis vndique scabrities , signorum expers, &
omni memoria vacua; quod ego cum animaduer-
tissem , atque unum quemque Neapoli Puteolos
terrestri itinere abeuntem , necessariò , per eum
locum transiturum , cogitassem ; glorię Nominis
Nostrí Principis Petri Antonij Aragonij saxeam
molem erigendam curaui ; quæ cum directo ve-
nientium acies feriat , horrorem animis minuit ,

elogium, balneorumque, quæ citra sunt Puteos, nomina, loca, ac virtutes in albis marmori- bus litteris insculpta, ad legendum inuitans, quæ adamussim in huius operis Prodromo impressa transtulimus, quem consulant externi.

At præsentes si cum ea legerint, dextrorum acie dirigant, inter exertas rupes fauces prospicient antri, quod supercilijs altitudine, tenebricoso inani fluente puluere, caligantis ab opposito ostio luminis transita, plaustrorum rhedarumque cunctium, redeuntiumque strepitu; transcentium hominum clamoribus, confusè è cauo exeuntibus frementium; eiulantiumq; sonum mentientibus, generosum quemlibet intuentem, nunquam alias rem expertum, vel ex auditu consciū, pérterritum reddet; Verum enim vero si post euocatum ab horrore animum, humani ingenij in tanto opere contempletur industriam, non erit, vt hoc inter superbissima, celeberrimaque humanorum tentaminum facinora non connumeret, antro perpenso simul, atque vñi; etenim qui Cumis, Mylenis, Baijs, Puteolis conuiuebant homines, Paleopolitanis, Neapolitanisque origine, fœderisque necessitudine coniuncti, hoc per collem non reserato itinere vehiculorum reciproco commeatu, incommodo non leui, priuabantur; quippe per prærupta vndique surgentium collium iuga scabram præcipitemque viam, protractioremque tam hominibus, quam bestijs calcare fuisset necessarium; Puteolis enim rectissima, planissimaque via ad Occidentales Paüslypi, per Vulcani forum,

radices ducebat, ibique à dextra eiusdem promontorij præcipiti, editoque cliuo, à sinistra Antiniano, & Vomere sublimibus iugis, cum Pausilypo continuis, obicibus ferè inaccessilibus intercipiebatur; qua vexatione perpuncta illorum populorum ingenia, montem Pausilypum ferro pertundere, planumque iter aperire excogitarunt ea parte, quā non solum erat collis angustior, sed qua littori, recto cursu Neapolim abeunti, *Chiaie* suburbio, non autem mari responderet: excisaque fuit crypta, de qua nobis in presentiarum est sermo, eaque rectitudine excauata, ut Orientali ostio, post æltium *Æquinoctium*, surgentis solis radios, Occidentali verò declinantis exciperet, unde Matutinis, & vespertinis horis quam, meridianis quadruplo lucidior, ex eò, quod recepti radij in oppositum ferè aditum pertingunt, antiquæ medium adeo illuminant, vt hominum vultus prætereuntū, qui in meridie sunt in obscuro, mane atque vesperi facili negotio cernerentur, cui suffragantur quoque languido licet lumine, foramina in editiori montis parte excisa, ac versus inancryptæ medium obliquè pertingentia. Est sane admiratione dignum, de certo tanti operis auctore nihil ab antiquis fuisse memoriae proditum, cum illud alioquin adeò portentosum existimauerint, vt viribus supra humanis magico ausuactum credulis suaserint, Ioanne Villano id insinuante in sua chronica Parthenopea anilibus ^{lib. I. c. 30.} nugamentis referta; vnde coniecit fortè vulgus, & Virgilium Maronem Circeis notis Deorum Ma-

Manium coniurato impetu , instanti citius , cui-
sceratum , pertusumque montem Neapolitanis ob-
tulisse , quam sententiam lepidè à Franciso Pe-
trarca in suo itinerario reiectam , reprobatamque
 in itin. fuisse sic legimus . Inter Falernum , & mare mons
 est saxeus hominum manibus confossus , quod opus
 incultum vulgus à Vergilio magicis cantaminibus
 factum putat . Ita clarorum fama hominum non
 veris contenta laudibus , & sæpè etiam fabulis
 viam facit , de quo cùm me olim Robertus Regno
 clarus , sed ingenio , ac literis præclarus quid sensi-
 rem multis astantiibus percunctatus esset , humani-
 tate frætus Regia , qua non reges modo , sed homi-
 nes vicit , iocans nusquam me legisse magum fuisse
 Virgilium , respondi , quod ille serenissimæ frontis
 nutu approbans , non illic magici , sed ferri vestigia
 confessus est .

Beniamin Tudulensis Hebræus , apud accur-
 tissimum suum interpretem Benedictum Aria-
 Montanum , in suo itinerario , hæc de Neapol-
 itin. tano hoc retulit antro . Illinc profectis , quindecim
 milliarium via sub montibys conficitur ; estque opus
 à Romulo Romanorum primo Rege factum propter
 metum Dauidis Regis Israel , & Ioab , Dauidi
 exercitus Ducis summi . Verùm fabulari Hebræum
 conuincit vniuersus tam sacrorum , quam profa-
 norum chronistarum consensus , dissitissimis tem-
 poribus illos Reges vixisse pronuncians , vt præ-
 teream hyperbolicam cryptæ longitudinem ,
 quindecim milliariorum , nisi numero manus pal-
 mas , non autem Italicos passus , denotare voluerit .

Sunt

Sunt qui sinistre interpretato Marco Varrone, Lucium Lucullum huius operis auctorem fuisse contendant, dum haec quæ sequuntur apud ipsum scripta reperiant. *Etenim hac incuria laborare aiebat. M. Lucullum, & piscinas eius despiciebat,* lib. 3. de re rus. c. 17. *quod æstuaria idonea non haberent, ac in residem aquam, & locis pestilentibus habitarent pisces eius, Contra ad Neapolim L. Lucullus, postea quam perfodisset montem, ac maritima flumina immisisset in piscinas, quæ reciprocæ fluenter ipse Neptuno non cederet de piscatu, factum est enim, ut amatores pisces suos videatur propter æstus eduxisse in loca frigidiora, ut Apuli solent pecuarij, quod propter calores in montes Sabinos pecus ducunt, &c.*

Sed quantum mare ab Occidentali huius crypte ostio distat, tantum hoc ad Varronis verba glossema, ab auctoris sensu declinat, ut fallitur quoque Cluuerius, vt bene aduertit Franciscus Scotus in itin. Italię; nam præter scopulum, propè Neapolim perforatus quondam à Lucullo, qui arcem ob viri memoriam, Lucullanam dictam, sustentat; alium habemus inter Pausilypum, & Nesidem multis fornicibus pertusum, cui verba Varronis quadrant, de quo latius infra; & quidem non abs rc apud Mazzellam, quidam Pocta cecinit.

*Viscera quis ferro est ausus prorumpere montis,
Cautibus in duris quis patefecit iter?;* de anti.
Cocceium, verum est, saxum, montemque cauasse Puteol.
Vanaque iam cesset fama Luculle tua.

Stra-

Strabo, cuius rerum antiquarum traditionibus
summa debetur fides, quæ sequuntur, de hac no-
stra crypta memoriæ prodidit; dum de ea, quæ
ab Auerno ad Cumas usque erat excavata, verba
facit. *Conscissaque deinde usque Cumas subterra-
nea fossa, omnia illa fabulæ apparuerunt. Coc-
ceum eam quidem condidisse fossam memorie pro-
ditum est, & eam quæ ex Dicearchia idest Puteo-
lis extat Neap.*

Verum quis ille Cocceius fuerit (ut taceamus
quendam Bassum, ab aliquibus inconsultè huius
operis auctorem existimatum) & de qua gente,
non constat, ac si de re tot seculis à nobis remota,
aliquid coniucere liceret, auderem ego affirmare
illum Coccium Græcum fuisse Cumanum, soler-
tissimum virum, qui memorabilis illius urbis pri-
mordijs ad quamplures accommodatissimos fines,
quos conjectare vniusquisque faciliter potest, tam
Cumis ad Auernum lacum cryptam, quam hanc
Puteolis venientibus Neapolim, in montibus
aperuisse; etenim Strabonis ætate, quam ab urbe
condita non adhuc septem præcesserant saecula,
si ingentia illa antra, Romanorum consilio, ex-
cisa forte fuissent; cum minoris admirationis ope-
ra nascentis Rome apud Liuum, ipsumque Stra-
bonem notata passim legantur, tantorum tamque
admirabilium facinorum auctorum, atque tem-
porum memoriam non præteriissent; cum itaque
ante Romani Imperij Maiestatem Cumani ea-
loca incoluissent, in quibus cum non solum exci-
sa antra, sed superbissimos tholos adhuc constan-

tes,

tes, molesque Putcolanas, sine certi auctoris nomine, non sine summa admiratione, conspiciamus, credere non est à veritate alienum, Græcam illarum coloniarum Principes, per annorum seriem, ijs extruendis, accuratissime operibus vacasse, quod ipsemet Strabo testatur. Nam, inquit lib. 5. cum in condendis ædificijs Græci aquæ maxime, ac solerter fuisse videantur, cum pulchritudinem, & munimentum ingeniosè prospicerent, portusque, & agri feracitatem, hi ea maxime animaduertenter, quæ illi paruifecerunt. Strata viarum, aquæ ductus, cloacas, quibus ciuitatis sordes eluerentur. Cernere licet stratas in agro vias, excisis ad hec collibus, exaggeratis vallibus, unde, &c. Fuisse ergo hominem Cumanum nomine Cocceium, qui huiusmodi fornices excidendos consuluit, non est ut inficias eam; sed hunc illum fuisse Cocceium, quem sic notauit Pontanus. Nescio an is, fuerit M. Cocceius Nerua Augusti auus, qui Romæ aquarum curam habuit tulitque maximam architecturæ laudem. Ut cum eo aliqui rentur, assentiiri minimè possum; & cum Starbo neque id de suo Cocceio assueranter affirmet, fatendum est cum Blondo. Quis autem memorabile id opus fecit, ignoratum est nobis.

Quam olim deinde hæc crypta habuerit longitudinem, latitudinem, & altitudinem, quot fenestras, an vbique sui tenebris obscura, an lumine fuerit illustris; quid illi in his circunstantijs per sæcula euenerit, quæ nostris diebus eius sit dispositio, nobis perquirendum supereft.

Inter/

de mai.
gn. c. 10.In Ital.
cap. de
capri.

Inter antiquos, primus Strabo de hoc antro,
 lib. apud suum interpretem, huiusmodi verba fecit.
Extat, & his in locis intra montem effossa spelunca, in Dicearchiæ Neapolisque medio, sicut altera, Cumas tendens, facta; in qua via obuijs curribus peruia, multis panditur stadijs. E superna sanè montis parte, excisis multifariam fenestris, lumen in profunditatem infunditur. Hæc Strabonis descriptio præsenti speluncæ, in multis quadrare videtur; etenim nunc obuijs curribus est peruia, quatuor panditur stadijs, ac superna montis parte, per excisas fenestras in sui profunditatem lumen admittit; at audiamus Anneum Seneçam, vna vel altera ætate Strabone iuniorem.

Ep. 57. Cum Baijs deberem Neapolim repetere, facile credidi, tempestatem esse, ne iterum nauem experire. Sed tantum luti tota via fuit, ut possem videri nihilominus nauigasse, totū athletarū fatum fuit mibi illa die perpetiendum. Aceromate nos haphe exceptit in crypta Neapolitana. Nihil illo carcere longius: nihil illis faucibus obscurius; quæ nobis præstant, non ut per tenebras videamus: sed ut ipsas. Ceterum etiam si locus haberet lumen, puluis auferret, in aperto quoque res grauis, & molesta: quid illic, ubi inter se volutatur; & cum sine ullo spiramento sit, inclusus in ipsis, a quibus incitatus est, recidit? Duo incommoda inter se contraria simul pertulimus, eadem via, eodem die: & luto, & puluere laborauimus. Aliquid tamen illa obscuritas, quod cogitarem dedit. A commoditatibus speluncæ à Strabone assignatis, multum detrahit

Se-

Seneca, cui suffragatur id, quod de huius fornici humilitate, scripserat Petronius Arbitrè; extant enim hæc in suis fragmentis. *Satis constaret, eos, nisi inclinatos, non solere transire cryptam Neapolitanam.* Strabonis itaque de speluncæ traditionibus vettitorum, non inferioris auctoritatis auctorum, refragantur sententiæ, lumen, spatiūque eius ab eo assignata, negantes: quod cum animaduertisset Lypsius, in adnotationibus in ea Senecæ verba; *Nihil illis faucibus obscurius;* ut veram tanti viri sententiam tueretur, sequentibus eam verbis, ne adeò discors ab eo, quod à Strabone proditum erat, videretur, exposuit.
Fauces, angusti transitus etiam vocabantur: nè quis de aditu capiat, qui certè illustris; obscuritas autem hic tempore Senecæ, & dense tenebræ, ut ostendit: non æquè Strabonis, idest Tiberij. Oportuit hæc luminaria obstructa quo, aut neglecta fuisse, si tam dense tunc tenebra. Neque ab hac conciliatione dissentit Cluuerius, nec quiuis neoterorum, præter Lypsonianum, alium excogitauit inter notatos auctores, concordia modum; cui, & acquieuisse Capaccium quoque legimus, dum Petronij verba huiusmodi explicationi donauit.
Quæsi vera iudicanda fuerint, cryptæ eo tempore tantam cernimus humilitatem, ut nisi inclinati, transire adeuntes non possent. His sic adnotatis, meum de re opportunum erit, in medium afferre, iudicium; ut cum unus fuerim, qui balneorum restitutio vacauerim, & plusquam centies, per solidum annum, eam cryptam pertransierim; ea mihi

mihi consultò obseruasse accidit, quæ tantorum virorum, tam dissitas de hac spelunca existimat sententias, sibi non aduersari, illosque verum protulisse, si eorum in rem scribendam, occasio consideretur, ac finis.

Pimò itaque obseruaui inculpatissimam speluncę rectitudinem ab Oriente in Occidente, ita ut nocturno tempore, siue in vnius ostij medio, siue in arginibus accensa fax sit apposita, ab altero ostio semper integra videatur.

Secundò obseruaui, per totam cryptę longitudinem, æqualem sui soli latitudinem, trium scilicet, passuum, siue palmorum viginti duorum.

Tertiò notaui cryptę solum fuisse æquè excisum, cum plano viarum, quæ tam à parte Orientali, quam Occidentali in aperto sunt.

Quartò obseruaui dictum cryptę solum quamvis nunc, vt cæteræ Neapolis viæ, sit durissimo saxo stratum, subtilissimi pulueris copia esse refertum, quæ ob euntium frequentiam est ferè semper in motu; vnde conieci in altioribus seculis, in quibus sao stratum non erat excisi montis solum, qui leuis est, & pumicis instar attritu molitur, maiorem atque mobiliorem pulueris continuuisse abundantiam.


Quintò summa cum mea delectatione animaduerti, fornicis à solo altitudinem, quam in suis primordijs ab artifice meruit spelunca, æqualem fuisse suæ latitudini, palmarū scilicet viginti duorum; nam qui cryptę fornicem altiore deinde fe-

fecere , vbi primum excidere , ab vtraque parietum parte , duorum ferè palmorum montis portionem , quam olim in fornicem concurrisse , præfens dispositio ostendit , reliquere ; atque ab Occidentali ostio , dum intra cryptam prosequitur iter , post quinquaginta quinque passus , adhuc hodie fornicem non maiorjs altitudinis , quam 22. palmorum per aliquod spatium , intuebitur ; notavi etiam dictam fornicis altitudinem 22. palmorum , æqualem fuisse altitudini fornicis cryptæ ab Auerno , Cumas vsque excisæ ; vnde non fortuitò vtramq; cryptam vnius fuisse auctoris opus , Strabo existimauit .

Sextò præsenti ostiorum dispositione cognoui , cryptam ; vsque ad illud tempus , in quo primæ uam altitudinem fertuauit , quatuor habuisse fenestras in fornicis finane , lumen immittentes , ab Oriente duas , duasque ab Occidente , eq; ordine , & situ in montis cliuo effosse ; vt superiorum lumen in cryptæ medium coiret , eamque illustrem redderet , quod per sequentem iconem , externorum oculis demonstrare conabor .

28

A



Erat, ut nunc quoq; est cryptæ solū ABCDEFG; passuum 400. fornix eius æqualis erat altitudinis palmorum 22. ab Orientali ostio per eius longitudinem, vsque ad Occidentalem ostium. Clivus montis Pausilypi Orientalis erat, ut nunc est AHLMN. Occidentalis verò GKPON. in clivo itaque Orientali L. decem passibus supra fornicem excisa erat fenestra, cuius lumen feriebat cryptæ cursum B. scilicet post 60. passuum ab ostio A. quò forte lumen ostij A. non pertingebat; deinde in eodem clivo Orientali M. in altitudine passuum 60. ab ostio A. alteram excisam habebat fenestram, obliquè per montem in cryptam descendentem, cuius lumen feriebat solum C. s. longè ab ostio A passuum 200. fiebatq; ut nunc etiam sit, eius diffusio licet languidè, vsque in D. quod est punctum cryptæ longitudinis medium. Simili deinde modo in clivo montis Occidentali P. excisa fenestra lumen in F. alteraque excisa in clivo O. lumen in E. deferebant. Ad id verò, quod Petronius retulit, cryptam transeuntes, curuos olim incessisse, fæcile puto respondendum, si consideretur pulueris abundantia, quæ in solo ob montis mollitiem, quotidiè copiosior erat: pedibus agitata in fornicem ascendebat, ac vbi in medio obvolvebatur, res grauis erat, & molesta, ita ut progredientes inclinati necessariò prosequerentur iter, ne descendenter pulucrem in oculis, & aspectum reciperent, ni velimus, ut Capaccio placet, Petronij fabulam interpretando, asserere inclitatos ob renerentiā per cryptam

transisse tunc homines , ex eo quia credebant in spelunca sedem habere Priapum , quem superstitionis olim Gentilitas in subterraneis tenebrosisq; locis venerabatur, vt colligitur ex eiusdem Petroni; argumēto, & ex suis, quę extant fragmentis; dū Quartillæ ancillam sic loquentem adducit . *Ego sum ancilla Quartille , cuius vos sacrum ante cryptam turbastis .*

lib. 5.

Talem fuisse cryptam etate Strabonis eius convincit descriptio ; etenim ipse , non vt viator; sed veluti de ea scripturus consultò latitudinem, longitudinem , & quas habebat fenestras, animaduerit ; proptereaque inquit . *In qua via obuijs curribus peruia , multis panditur stadijs . E superna fane montis parte , excisis multifariam fenestrās , lumen in profunditatem infunditur .* In huiusmodi re tanti viri testimonium non est temerè interprétandum, licet paucis post annis Senecam in adducto loco potius suum infortunium, quam cryptam describendo à Strabone in aliquibus dissentire legamus ; transiit quippè per speluncam Seneca , non vt sigillatim quidquid ex hominum industria in ea apparebat, notaret; sed vt properaret Neapolim , cumque nouis fortè experiretur transitum , antri horrore perculsus, nil praeter horrorem mente , & animo volutabat , ait enim . *Aliquid tamquam illa obscuritas, quod cogitarem dedit .* Accidit hoc illi , nubilo, & pluvio cœlo existente, dum inquit . *Cum Baijs deberem Neapolim repetere , facile credidi , tempestatem esse, nè iterum nauem expetrirer . Sed tantum luti tota via fuit , ut possem videri nihil-*

nihilominus nauigasse. Quod non parum horrore profundèque obscuritatis loci naturæ addebat, eo magis si iam (ut credere verisimile est , dum eodem die Baijs, quò Neapoli nauis appulerat , Neapolim terrestri itinere reuertebat) aduerserat ; equidem fateor ingenuè , multoties mihi accidisse antrum transire , imbris è cœlo cadentibus , ac quamvis centies fuisse locum expertus , ac quidquid in eo ars poterat callerem; cognoscerebam tamen id , quod tunc perpetiebar , exactissime Senecæ descriptionibus quadrare , qui non speluncam quidem , vti diximus ; sed id quod ex aspectu speluncæ transeuntibus accidit lascivienti calamo , luxuriantibusque verbis suo more amplificare curauit , vt ibidem , viarum lutum pro nauigabile pelago recipit . *Sed tantum luti tota via* lib. 5.
suit , ut possem videri nihilominus nauigasse .

Perpendam hic id , quod in Strabonis textu , multorum legentium ingenia hactenus torfit ; cum enim speluncam aliam , ab Auerno Cumas tendentem descripsisset ; obiter de hac Neapolitana occasione Coccei , quem vtriusq; cryptæ auctorem facit , sermonem protrahit ; habemus primò apud Guarinum , eius interpretem huiusmodi verba .
Cocceium eam quidem condidisse fossam memoris proditum est , & eam , que ex Dictearchia , id est Putteolis extat Neapolin ad Baias . Versio vero Siliandri , in qua Casaubonus acquiescit , hæc habet . Cum quidam Cocceius , qui cuniculum istum duxit , & alium à Putteolis ad Neapolim super Baias tendentem . &c. Cluverius primus impropiam eam

loquutionem ; quæ ex Puteolis extat Neapolim
 ad Baias ; animaduerit , iudicavitque exscripto-
 ris alicuius , non Strabonis calamum talem foeda-
 se locum . Quippe , ait , quum Baiæ citræ Puteolos
 sint , qui hic cuniculus esse potuit à Puteolis versus
 Neapolim super Baias tendens ? Subditque post
 multa . Quapropter omnino statuendum , locum il-
 lum à Sciole exscriptore glossatio esse foedatum .
 Camillus deinde Pellegrinus in sua Campania ,
 iure meriro Cluuerium de eo loco dubitasse , ait ;
 verum se in data ab eo dubij solutione non ac-
 quiescere , subiunxit , noua superaddita interpre-
 tatione ; vult enim Strabonem notato in loco , nul-
 lo modo de crypta Neapolitana , sub Paesilypo
 monte effossa , ea verba protulisse ; verum de aliis ,
 quæ à Puteolis tenderet ad Baias : nam per dictio-
 nem illam *Neapolim* , non intelligit Pellegrinus
 hanc præsentem urbem Neapolis ; sed aliam , quæ
 Strabonis temporibus , noua , in Baijs construe-
 batur , innixus Cluuerij obseruationi (propter
 quam , illum carpit) in dictione *Neapolis* , circa
 quam hec scripsit . *Ipsa Sirabo in descripsione ur-
 bis Neapolis , ubique habet unica voce in Neapolis ,*
 τὴν Νεαπόλεως , τὴν Νεαπόλει ; at illuc est . εἰπὶ νε-
 πόλεις At , ait Pellegrinus , in hoc loco diuisit au-
 tor dictiōnēm , sic scribendo εἰπὶ νεαπόλεις ; ut
 co nnotaret nouam illam urbem , quæ Baijs con-
 debatur , quod confirmat Iosephi Hæbrei auto-
 ritate , ita scribentis . *Apud Baias noua urbs con-
 struitur , non minor Puteolis , alijs subinde supra
 alias regijs villis ibi adificatis .* Verum si spatij
 atomus

atomus dictioni interposita Pellegrini aciem non aufugit (quod neque , vt ipse retur , apud Strabonem semper verum) mare per Lucrinum in Auer- ni lacum immissum inter Puteolos,& Baias, triū milliū passuum latitudinis , eius obtutum aufu- gere non debebat ; nam eo perspecto , credere subterraneam cryptam , (nisi subter fluctus eam effossam voluerit) à Puteolis ad Baias fuisse ali- quando excauata , Camilli , non fuisse iudicij ; neque mirari desino accuratissimum alioquin Pel- legrinum non animaduertisse , eundem Strabonem paucis, post notatum locum, interiectis lincis, vbi omni procul dubio , de Neapolitana crypta sub Pausilypo excauata loquitur ; eammet descripsisse , quam suprà in loco , de quo dubium agitamus , no- tauit ; sunt enim hęc apud suum interpretem ver- ba , quę ipse quoque Camillus adducit . *Est &*
ibi fossa occulta , per montem Putiolis , ac Neapolitum interpositum , acta , eodem modo , quo aliam Cumas versum diximus fuisse ductam . Docere ne hic ces- sat auctor , fossam à Puteolis Neapolim tenden- tem , quam suprà speluncę ab Auerño Cumas con- structę obiter comparauerat , eandem fuisse , quam seunda haę vice , seruata locorum successione , spe- ciatim describit ?

Cum hęc perpenderem , & Cluierio magis , quam Pellegrino hęrerem , Ingenuo viro amico Bernardo de Cristofano legum perito , omnium bonarum litterarum cruditionibus referto , & in Græcis pręcipue consummatissimo , dubium pro- posui , & exacta sua trutina Græco Strabonis tex-

tu, eiusque verborum contextu exploratis, aliam ad dubij intelligentiam aperuit viam.

Interpretum incuria (accuratissimus retulit vir) vnius dictionis sensu non animaduerso, Capacciū, Cluuerium, & Pellegrinum in dubium traxit, qui vel errasse Geographum, vel de tertia, præter eas duas, altera ab Auerno Cumas, & altera Puteolis Neapolim effossa, loquutum fuisse, crypta, existimarunt; liceat igitur, ut Strabonem, accuratissimum alioquin scriptorem ab vtroq; crimine vendicem, ex Græco codice, illius loci verborum afferte contextum, ut deinde ad litteram versio, interpretum errorem detegat.

Nuī δὲ τῆς μὲν ὑλης τῆς περὶ τὸ ἀστρον κοτεῖος ὅτοι αὐρίπασσα τὸν δέ χωρίων κατοικοῦσιν δέντες ὑπὸ δέ τοῦ ἀστρου διώρυγες ὑπονόμου τυπθεῖσαι μέχρι Κύκνου ἡ πατέρεντερα ἐφάνη μὲδος: τοῦ Κοκκινοῦ τοῦ ποιησαντος την διώρυγα εκίνεις τε ικανή τε καὶ πολλὰς εἰς Δικαιαρχίας ἐπὶ τοῖς Βαῖαις.

Huius loci ad litteram versio in Latinum, absq; ullo fuso huiusmodi est. At nunc quidem sylva circa Auernum cœsura sub Agrippa, (facta est) hec loca ad habitandum accommodante, & ab Auerno fossa cuniculo scissa est usque Cumas: unde omnia illa apparuerunt fabulae. Cocceio artifice, & huius fosse, & illius quæ versus Neapolim ex Puteolis post Baias, vel contra Baias: non autem ad, vel supra Baias.

Interpretes ergo fetellit præpositio illa, ἐπὶ, præposita, τῆς Baias particula enim, ἐπὶ, apud lingue grammaticos, tribus casibus copulatur,

genitio scilicet, datiuo, & accusatiuo; dum genitio iungitur, tempus significat, aut subiectio-
nem, item circa aliquid, aut per aliquid, item iux-
ta, pro, ante, vel supra; dum vero datiuo nectitur,
causæ nota est dixit Scapula, & significat, propter,
post, contra: tandem si accusatiuo copuletur, ad,
vel, in, significat, vel motum aliquo versus, itaque
Strabo scriptor accuratissimus particulam, ~~in~~
duplici casui præposuit, primò scilicet accusatiuo
~~in reas neas~~, copulauit, sonumq; efficit *ad Nea-*
polim, vel *versus Neapolim*, secundo vero datiuo,
~~in reas Baias~~, iunxit, sonatque post, vel *contra*
Baias; ita ut auctoris sit sensus. Que versus
Neapolim ex Puteolis post, vel contra Baias;
nam Puteoli post Baias, & contra Baias positi
sunt.


Præterea non pigebit hic, id, quod ego ad dubij
solutionem excogitaui, subiungere; quippè cum
mecum ipse volutassem locum Strabonis, in quo
speciatim de Neapolitana crypta sequentibus ver-
bis, alias relatis, scripsit. Extat, & his in locis, in-
tra montem effossa spelunca, in Dicearchie Neapo-
lisque medio, sicut altera Cumas tendens, facta. Co-
gnoui ex ultima hac periodo, auctorem declarauis-
se illam cryptam, Que ex Dicearchia, id est Puteolis
extat Neapolim ad Baias, quam cryptæ, Cumas
ductæ, supra Comparauerat, nullam fuisse aliam,
nisi eammet, quam actam deinde dixit, in Dicear-
chie, Neapolisque medio. Dictionem illam, Baias,
cum præpositione, ad, que, sensum confundit, &
subuertit, nil unionis, cum præcedenti habere vi-
sum

sum fuit periodo; sed illi finale punctum præcede-
re debere, existimauit; etenim cum auctor, occasio-
ne Baiarum, paulò supra de Cimmerijs sermonem
instituissest, quem, res ab Agrippa, & Cocceio ge-
stas obiter recitando, absoluist: cum deinde iterum
Baiarum narrationem resumere vellet *ad Baias*,
subiunxit, quasi dixisset, *reuertamus nunc ad Baias*;
quod sequenti sermone satis luculenter ostendit;
legenda itaque erit, meo iudicio, apud Guarinum
huiusmodi loci translatio. *Et eam, quæ ex Dicear-*
chia, idest Puteolis extat Neapolim. Ad Baias: quo-
dam modo eum sequutus sermonem, qui proxime de
Cimmerijs, &c. Et in illa apud Silandrum. *Ad*
Neapolim super Baias, &c. Sicut, & ipse Græcæ
dictioni, *ιτι, ad, præbuit, ad Neapolis, ita, super, ex*
eadē, ιτι, ad, substituenda particula erit, ad Baias.

His omnibus de crypta adnotatis; superest, ut
suggeram eam ad usq; Alphonsi Primi Regis Ara-
gonij tempus, in ea dispositione perlitissime, quam,
per iconem supra tradidimus, ac Magnanimus il-
le Rex primus fuit, qui primæuum humilem spe-
luncæ fornicem ostij Orientalis, altiorcm excide-
re fecit; ab H. scilicet ad primam, & antiquam,
usque fenestrā L. eandemque altitudinem sensim
declinantem, vitrā medium cryptę cursum produ-
cendam curauit. Carolus Cesar Quintus deinde,
vt pulueris somitem auferret, vt solum dura silice
sterneretur, effecit, ac magnificè perfecto opere,
neque vitare fuit possibile, quin puluis, qui eō in-
tradicitur, commotus, in tene cryptæ pererrans, re-
cidensq; res grauis transeuntibus, atq; molesta sit.

TAN-

Tandē Peraphanus de Ribera Alcalensium
 dux, & regnī moderator , Occidentale
 cryptę ostiū ab K. ad primam vsque
 fenestram P. vt Orientale erat , al-
 tiū reddidit , verūm non vltrā
 F. vbi intra speluncā prima
 fenestra aperiebatur. An-
 trū itaq; quale nūc ex-
 tat, sequēti iconē ex-
 primere curau-
 mus.



Præsens longitudo cryptæ ABCDEFG. fornice obducta, passuum est 400. superest, tam in parte Orientali, quam Occidentali, aliquid viæ in monte effossæ; sed sine fornice, longitudinis passum circiter centum, ita ut antiquitus medio milliare, siue quatuor stadijs nunquam cryptam fuisse longiorem, sit extra dubium.

Latitudo per totum speluncæ cursum uniformis est, passum trium.

In punto medio longitudinis D. sinistrorum ab Oriente venientibus, facillum ipsomet in monte excavatum, Deiparæ imaginem seruans, die noctuque lampadibus accentis illustre, perspectatur.

Altitudo ostij AHL.palmorum est circiter centum, AH.ostium erat antiquum palmorum 22. L. erat prima fenestra, quæ antiquitus lumen deferebat in B. Alphonsius itaque curauit, ut excideretur mons inter H. & L. ad E. usque; Peraphanus vero fecit, ut in parte Occidentali similiter excideretur mons inter K. antiquum ostium, & P. antiquam fenestrâ, in F. usque unde est, quod duæ prime fenestræ P. & L. quæ lumen in B. & F. importabant cum presentibus sunt ostijs, & in ijs defecere; extant nunc reliquæ duæ M. & O. quarum Orientalis M. quia omni obstruente vacat, integrum suum lumen impertitur; Occidentalis vero O. quia tota ferè obducta est à parte montis superiore; vix exilis radius, eius aditus est argumentum; quapropter nos antequam aliò eamus, ut aliquantum adderemus luminis, à Cœlestino Guicciardi-

no Apollineum hoc mutuati sumus munis.

Æmula nature quid tandem possit in orbe,

in mer.
camp.

Faucibus en patulis obvia crypta docet.

Carcere nil hoc longius, aut obscurius usquam

Hic tenebras eernis, per tenebrasque vides.

Num parum erat fragili ligno percurrere Pontum,

Ni quoq; sub terra ptaustra vebenda forent?

Audax qui primus freta, verùm audacior ille,

Peruia, qui potuit reddere saxa prius.

Prænotatis de crypta observationibus, ut cetera,
quæ in Pausilypo notatu sunt digna, luctremus;
non pigebit viatorem ad turrim Chiaiae regredi,
e finitrum iter per litus, iterum Pausilypum
versus progredi; nam incipiente cliquo, dextror-
um in pariete, qui cœnobij pomoerium claudit,
armorum intuebitur lapidem Ducis Medinae
e las Torres gloriq; erectum, qui inaccessum
uribus, per litus Pausilypi iter peruium, com-
modumque reddidit; habenturque hæc in la-
ide.

Philippo IV. Rege

Collem pendentibus semitis inaccessum,
Olim à Cocceio Xersis emulatōne persoissum;
Ascensū facilem, curribus peruium reddidit
D. Ramirius Gusmanus, Dux Medinae delas
Torres Princeps Ostiliani, Dux Sablonetæ;

Ac Neapolis Prorex.


Viator;

Ne opus heroicum ambigas,
Via ad ardua, quasi ad superos strata est.

Anno à Christo nato M.DC.XLIII.

Amar-

A marmore expeditus viam per litus sinistræ
relinquat, ac per eam dirigat gressus, quæ placi-
dè cliuum ascendit; nam à dextera primò ianua
occurret, quæ ad proximum cœnobium diuæ Ma-
rie di piedi *Grotta* ducit, ea prætergressa, post pau-
cum interuallum, altera succedit, in cuius fronte
sequentis figuræ paruum, vetustumque marmor,
litteris his insculptis prospicitur.



Celant fortè verba amantis hominis mysterium;
eo enim in loco placidissimè amœnitates, non
solum Sirij æstus; sed Cupidinis quoque ignes
forsitan mulcebant; hac porta, in villam introduci-
mur, quæ Virgilij Maronis tumulum, in suis re-
cessibus condit, post ingressum, quinque ascensum
tentare volumus, alterum se nobis offert marmor,
supra quendam possumus arcum, sequentibus lineis
inculptis,

Maronis Vrnam

Cum adiacenti monticulo, extensa que
ad cryptam planicie modiorum triū
cum dimidio circiter; Urbano VIII.
annuente , ac Reuerendissimo D.
Gregorio Peccerillo, Vicario Nea-
politano , vna cum admodum Re-
uerendo D. Io. Vincentio Iouene ,
Canonico Cimiliarca Neapolitanæ
Archiepiscopaloris , delegatis exe-
quitoribus , anno addicto censu
duc. 52. Domino Iosepho Vitale ,
eiusque in æuum successoribus Ca-
nonici Regulares Lateranenses con-
cessere , anno salutis 1643.

Renouanda memoria presentis con-
cessionis singulis 28. annis in actis
Curiæ Archiepiscopaloris.

Quibus perfectis , angusto , hirtoque calle , qui
dextrosum paulatim inclinat , per passus ferè 60.
in excisam rupeſt , cryptæ ostio imminehtem gra-
dientes ferimur ; occurret ibi primò ædicula , itru-
cturæ non nimium vetustæ ; quam falsò Virgilia-
ni cineris tumulum aliqui existimarunt ; illam
itaque declina , & angustum eallem Occidentem

ver

versus prosequere; nam tunc paucis passibus, in excavatum in monte locum, cryptæ supercilio parallelum, descendes, in quo peritantem adhuc tumulum, magni Maronis cineribus, intra excisi montis profunditatem pedum 40. veluti fossa munitum à sinistra parte ostij cryptæ, ubi tunc per primam fenestra lumini erat ingressus, excitauit Augustus Cæsar, qui Razzanum, & Blondum nescio quomodo latuit; huius quadrata basis in quolibet laterre palmos habet viginti, erectique super eam parietes, eiusdem mensuræ altitudinem seruantes; exerta circum circiter corona exornati, tholus, sustentant altitudinis palmorum quindecim; in parietum lateribus excavatae, nunc quoque visitatur ædiculae simulacris forte destinatae marmoreis, circa basim intus habet inane cubiculum; à parte Australi, & Septentrionali adapertum; extra, à parte Septentrionali inane habet præruptum, profundumque cryptæ orificium; sed à situ Occidentali, & Australi, exciso hirtoque monte clauditur; ferunt, olim ibi marmor tuile, huius modi literis insculptis.

Siste. viator. quæso. pauca. legit.
Hic. Maro. situs est.

Nunc verò in Australi montis facie è regione, qua tumuli prospectat ingressum, recens est marmor infixum, sequenti distiticho insculpto.
Qui cineres tumulo hæc vestigia? conditur olim.
Ille hoc, qui cecinit pascua, rura, duces.

Nar.

Narrabat, ut refert Capaccius, Alphonsus H-
redia Arianensis Episcopus ex familia Canonico-^{de ans}
rum Regularium, qui in cœnobio Diuæ Mariæ ~~Parroch~~
di Piedegrotta viuebnt, in medio cubiculi descripti
tumuli, olim nouem ereas mansisse columellas,
marmoream arcam, Poetæ cineres seruantem, su-
stentantes, in cuius fronte distichon, quod apud
Donatum est, legebatur.

*Mantua me genuit, Calabri rapuere, tenet nunc
Parthenope. Cecini pascua, rura, duces.*

Petrus de Stephano templorum Neapolitanorum scriptor, Virgilianum hunc tumulum circa annum 1550. cum vrna se vidisse testatur. Ioannes Villanus in sua chronica Parthenopea, refert, Neapolitanos, Mantuanis, vnam potentibus, cessisse; aliqui, affirmant Canonicos Regulares Insulæ, olim Villæ dominos, vnam surripuisse; at idem Arianensis Episcopus aiebat vnam, columellas, & simulacra quædam à Cardinali de Mantua, Canonicorum Regularium patrono, à tumulo fuisse extracta, ut ab eomet Mantuam asportarentur; verum eundo cum Genua extreum clavisset diem, furtum Genua forte remansisse; sed cum neque Genua celebrentur hi cineres, neque Mantua, quæ Virgilij effigiem, non secus ac Sapphi Lesbij, atque Homeri Chij, numismatibus signare solita, tam magnificiendum depositum ostentet, ad id credendum lectoris arbitrium non cogam; sed lepidi poetæ distichon tantum illi proponam.

*Quod scissus tumulus; quod fracta sit vrna, quid
inde?*

de ant. *Sat celebris lucus nomine Vatis erit.*

Puteol. Interimque non præteream referre, quondam ad Capaccij manus peruenisse numisma, ita signatum.



Placuit multis huius tumuli locum, circumstan-
temque collem non solum ex Maronis tumulo de-
nominasse, cuius etiam fuit villa, quam Silius de-
indè Italicus possedit, ut diserto epigrammate
hoc lusit Martialis.

lib. 11. Silius hæc magni celebrat monumenta Maronis,
spurges. Iugera facundi, qui Ciceronis habet.

59. Heredem, dominumque sui, tumulique larisque
Non alium mallet, nec Maro, nec Cicero.

Sed nomen quoque habuisse Patulcidis, siue Patulcij; ut ex marmore, ibi reperto, restatur Capaccius, quod superstes hactenus incolarum memoria confirmat; appellant enim eum Monte Patruscolo; hic cum à parte Septentrionali Antiniano colle terminetur, Pontani quondam dilectissima Villa, ipse facta in nymphas vtriusque metamorphosi, in libris amorum, tumulorum,

& eclo-

& eclogarum, utrumque Patulcidem, & Antinianam reddidit.

Ergo agite o nymphæ Sebethides, ergo age virgo tumul.

lib. I.

Parthenope, ad tumulum spargite veris opes,

Sparge tuos flores florum fœcunda Patulcis,

Et tu sparge tuas Antiniana rosas.

Et alibi.

te culta Patulcis,

Illum pro foribus Antiniana manet.

Eridan.

Ac alibi.

lib. I.

Fessa sub Hesperidum ramis formosa Patulcis

Ducebat somnos, & grauis aestus erat.

Spirabant zephyri, zephyris strepit aurea sylua;

ibid. lib.

Sylua ciet somnos, & sopor ipse iuuat.

II.

Ecce Niuanus adevit, non expectatus amator,

Dum puer in volucres retia tenta parat.

Exilit hæc somno, puerumque amplexa locauit

Blanda toro, blandis perfruiturque iocis.

Alibique.

Nunc nos ad virides vocat Antiniana recessus,

Et vocat ad primas blanda puella rosas.

Nunc offert sese choreis spectata Patulcis,

Leta suis hortis, leta Patulcis agris.

Nil agro uberior, nil est felicius hortis.

Atque in eclogis.

Non igitur tantum Melisens, & una Patulcis.

De quo Patulco, & Antiniano eruditus Petrus

Summontius vir, in adnotationibus ad ipsum

Iouianum Pontanum, quæ sequuntur scripsit.

Antiniana, & Patulcis Neapoli mons ab Occidente imminet, salubritate, & villarum frequentia.

nobilis. In quo locus est Antinianum nomine, ubi Pontanus villam habuit, hoc etiam in monte Patulcium est, ad secundum ferè ab urbe lapidem, in via, cuius adhuc vestigia extant, Puteolana, clarum sepulcro Maronis, quod sepe Pontanus sub Patulcis nymphæ nomine celebrans ad Virgilium ipsum alludit.

Per hunc montem Virgilij genium aliquando errauisse, poeta quidam non inconcinno carmine finxit.

Tu ne sacrum fœlix aluisti terra Maronem?

Tu ne pias celas ossa beata sinus?

*Anne etiam, ut fama est vatis placidissima sapè
Inter odoratum cernitur umbra nemus?*

Fœlices oculi fortunatissima sylua,

*Et quidquid sancto cernitur in nemore,
Cui non sit dulci patria tua dulcior ora?*

Quis non te lucis præferet Elysij.

Id quod etiam, iocando, annuit Hieronymus Fracastorius in sua Siphilide.

Parthenope, placidusque cauo Sebethus in antro,

Plauerunt, umbrasque sacri, manesq; Maronis.

Cumque super hoc Maronis tumulo, iustas foluentes inferias, multorum virorum musæ cygneas fuderint lacrymas, noluimus hic eas non colligentes, illius detrahere gloriæ, qui adeò nostram hanc decorauit Parthenopem, suum illam mausoleum legando.

Asclepiadius.

*Titiron, ac segetes cecini Maro, & arma virumque
Manua me genuit, Parthenope sepelit.*

Idem.

Idem.

Sicanus vates siluis Ascreus in aruis;
Mæonius bellis ipse poeta fui.

Mantua se victa preclari iactat alumnus.

Parthenope famam morte Maronis habet.
Eusthenius.

Virgilius iacet hic, qui pascua versibus edit,
Et ruris cultus, & Phrygis arma viri.

Idem.

Quisquis es externi titulum lage carminis, hospes,
Hac ego Virgilius sum tumulatus humo,
Qui pecudum pariter, qui cultum fertilis agri,
Mox Anchisiade bella ducis cecini.

Pompeianus.

Qui pecudes, qui rura canit, qui prælia vates,
In Calabris moriens hac requiescit humo.

Idem.

Virgilij mihi nomen erat, quem Mantua felix
Edidit. Hic cineres vatis, & ossa iacent,
Quis in æternum pastoris fistula viuet
Rustica, mox eadem Martia Calliope.

Maximianus.

Carminibus pecudes, & rus, & bella canendo.
Nomen inextinctum Virgilius meruit.

Idem.

Carmine bucolico nitui: cultoribus agri
Iura dedi. Cecini bella Latina simul.

Iamque ad lustra decem Titan acceperat alter,
Cum tibi merapuit, Mantua, Parthenope.

Vitalis.

Mantua mi patria est, nomen Maro, carmine sylue;

Ruraque cum bellis: Parthenope tumulat.

Idem.

Prima mihi Musa est sub fagi Tityrus umbra;
Ad mea nauis humum iussa colonus arat.

Praelaque expertos cecini Troiana Latinos,
Fertque meos cineres inclyta Parthenope.
Basilius.

Qui sylvas, & agros, & prælia versibus ornat,
Mole sub hac situs est, ecce poeta Maro.

Idem.

Hoc iacet in tumulo vates imitator Homeri,
Qui canit Ausonio carmine primus oves.
Ad cultos hinc transit agros: Æneidos autem
Non emendatum morte reliquit opus.
Aspemus.

Pastorum vates ego sum, cui rura, ducesque
Carmina sunt: hic me pressit acerba quies.
Idem.

Bucolica Ausonio primus, qui carmine feci,
Mox præcepta dedi versibus agricole.

Idem cum Phrygibus Rutulorum bella peregi
Hunc mihi defuncto fata dedere locum.
Vomanus.

A sylvis ad agros, ab agris ad prælia venit,
Musa Maroneo nobilis ingenio.

Idem.

Tityre te Latio cecinit mea fistula versu,
Præceptisque meis rusticus arua colit,
Ac ne Musa carens vitis Æneidos esset,
Perfida me celerifata tulere nece.
Euphorbus.

Bu-

Bucolica expressi, & ruris precepta colendi;

Mox cecini pugnas, mortuus hic habito.

Idem.

Romuleum Sicula qui fingit carmen auena,

Ruricolasque docet, qua ratione ferant;

*Quique Latinorum memorat fera bella, Phrygasque
Hic cubat, hic meruit perpetuam requiem.*

Julianus.

Hic data Virgilio requies, qui carmine dulci,

Et Pana, & segetes, & fera bella canit.

Idem.

Qui pastorali peragrauit Mænala musa,

Ruraque, & Æneæ concinit arma Maro.

Ille, decem lustris geminos postquam addidit annos,

Concessit fatis, & situs hoc tumulo est.

Hilasius.

Pastores cecini: docui qui cultus in agris;

Prælia descripti, contegor hoc tumulo.

Idem.

Hec tibi Virgilio, domus est eterna sepulcro,

Qui mori s' tenebras effugis ingenio.

Mænaliū carmen, qui profers ore Latino,

Et cultus segetum, bellaque seuā ducum.

Palladius.

Conditus hic ego sum, cuius modo rustica musa

Per sylvas, per rus venit ad arma virum.

Idem.

Primus ego Ausonio pastorum carmina versu

Composui, & quo sint rura colenda modo,

Post quibus Æneas Rutulos superauerit armis

Vatis reliquias hæc pia terra fouet.

Marcus Antonius Casanoua.

Dicite, qui r̄pas Minci coluistis olores

Vobiscum exorta est gloria Virgili⁹?

Dic mihi Parthenope, sic sis pulcherrima semper,

Virgilius ne tuo decidit in gremio?

Et meruit, qui contigerat nasci inter olores,

Inter Sirenum decubuisse choros.

Ioannes Matteus Toscanus.

Virgilium cælo Phœbus demisi; ut esset

Mæoniam posset, qui superare tubam,

Se vinci ut sensit, tunc emulus ipse canorum;

Ante diem Stygio mersit in amne caput.

Françiscus Maria Molla.

Hos Musis in ferta Maro fragrantia flores

Dedicat, & dulcis pocula viua meri.

Quas olim faciles primis expertus ab annis

Hybla tuum vatem vicit, & Ascra iuum.

Nunc magni redit exunias indutus Homeri,

Vos triplici heroi cingite fronde comam.

Este Deæ memores vestris ut maximus olim

Consilijs Graias fregerit unus opes.

Françiscus Maurus.

Hic situs ille Maro est, toto qui viuit in orbe,

Cuius iam cineres, scriptaque nomen habent.

Hunc semper tumulum spectares floribus aptum,

Et laurum hanc pulchram fronde virere noua:

Allicit, atque fouet carmen iuuenesque senesq;

Delius hoc mirum (sic puto) fecit opus.

Tu flores ne lede sacros, sed disce viator

Huic vatum magno soluere vota Deo:

Pernigil hic serpens cœlestia munera seruat;

*At fugit insontes, perpetuoque latet.
Si pietas est uilla tibi, suspiria ab imo
Pectore duc: lacrymis molliter ora riga.
Mors iuuenem rapuit, qui viuere secula dignus
Nondum perfecta parte laboris, erat:
Ipse tamen mirate opus hoc, laude illud Apellis:
Viuit enim magna gloria Calliopes .*

Celestinus Guicciardinus .

*Vestra hic mærentes confringite plectra poetæ,
Nam sileant opus est, si tacet ipse Maro.*

Tulupa Destitus.

*Post sylvas post ruris opes, post Arma, virumque
Sirenis gremio conditur altus olor .*

Præter recentiorum vniuocum consensum , de
hocce in hoc loco Maronis tumulo , Seruius , &
Donatus , (licet de mortis loco dissentiant , alter
enim Brundusio , alter Tarenti Maronem extre-
mum obiisse diem , contendit) primi de re testimo-
nium perhibuere , quorum fidei non est derogan-
dum ; licet inani conjectura permotus aliter Cluue-
rius sentiat ; et enim ipse voti , ab Orientali Neapo-
lis parte sub Veseuo , Virgilij tumulatos fuisse cine-
res , quod cōstare suadet ex illis Statijs carminibus .

en egypt. somnum, & geniale sequutus

syl. lib.

4.

Littus, ubi Aufonio se condidit hospita portu

Parthenope, tenues ignauo pollice chordas

Pulso; Maroneique sedens in margine templi

Sumo animum, & magni tumulis accanto magistri. Et paulo

Hæc ego Chalcidicis ad te Marcelle sonabam

post.

Littoribus; fractas ubi Vesbius egerit iras .

En, commentatur Cluuerius, ut disertè testatur,

sub

sub Vesbio, sive Vesuvio onte, qui ab Orientali urbis parte est, Virgilii fuisse monumentum cum templo apposito. Notandum autem maximè, quod Statius ait, se littus sequutum, & in littore magni tumulis accantasse magistri, sedentem in margine templi eius: non verò per iuga montium reptasse. Quin via Puteolana, non per iugum montis, neque per littus tendebat, sed introrsum per cryptam Neapolitanam.

At præterquamquod, ut rectè fatur Pellegrinus, seuerè nimium poeticas Cluverius formulas interpretetur, nimirumque exactas in poetarum carminibus historicas requirat narrationes, quæ sèpe in ipsissimis historicorum traditionibus, pleniores desiderantur; minime quidem inuenire ego possum coniecturę paucillulūm, quo ex his Statij verbis id aucupetur Cluverius; satis quidem dilucide modulatur hic Statius, nec aliud Marcello, ad quem epistolam scribit, exponere vult, nec apertius exprimere potest; nisi se Neapoli manere sua patria, & quid Neapoli agebat.

Littus, ubi Ausonio se condidit hispita portu Parthenope.

Potuit ne clarius proferre se Neapolim incolere, ubi cum esset Virgilij sepulcrum refert se in eius margine sedentem, accantare magistri tumulo, quod relatis de situ Virgiliani tumuli à Tiberio Donato nequicquam contradicit; scripsit enim ille, quod *Translata iussu Augusti eius ossa, scilicet Virgilij, Neapolim fuere, sepultaque in via Puteolana intra lapidem secundum.*

Nec cessat Papinius confirmare alijs carminibus,

bis, quibus Philippus triumphat, qnod Neapoli : non autem *sub Vesbio*, contra eius sententiam permanebat.

Hæc ego Chalcidicis, &c.

Quodnam est litus Chalcidicum, nisi Neapolitanum? audiatur Plinius. *Littore autem Neapolis Chalcidensium, & ipsa Parthenope à tumulo lib. 3. c. Sirenis appellata.* Magna h. c quippe me perculit 5. admiratio, Cluuerium geographum, ac historicum non contemnendum, littori sub Vesuvio existenti, illa Statij verba, *litoribus Galcidicis*, interpretantem, Chalcidici cognomentum præbuisse; cum numquam Chalcidenses, meminerim legisse ibi habuisse sedem; nisi forte per penitissimas Pelasgorum transennas, illos illic coniçere velit; quod neque Pellegrinus rerum historicarum Argus aduertit; ideoque neutquam de litore sub Vesbio potuit poeta verba facere; sed necessario de Neapolitano loquutus fuit. Cæterum cum manifesto constet ex primis Papinij carminibus, quod ipse Neapoli maneret, si in posterioribus exponere voluisset, quod in Vesuvianis manebat littoribus, aut contra se diceret Poeta, aut si sub Vesbio commorabatur, Partenopen sub Vesuio stare oportet, res ne somnianda quidem. Præterea (incredibilis in hac re doctissimi viri incuria) non nè confessus est, ex Statij verbis constare, sub Vesbio sepulcrum considere, *sub Vesbio. &c. Virgilius fuisse monumentum, &c.* eius sunt verba: en continuo alibi translatis; auscultetur iterum. *Ex intervallo igitur duorum millium passuum, apud eum vicum*

lo-

loquitur de tumulo, *fuisse deprehenditur, qui vulgo incolis vocatur S. Giovanni à Teduccio; inter Neapolim, & Vesuuum in litore positus.* Ac si forte responderet, falsam suam applicationem dictiōnum Papinij sub Veseuo, non ita arcte accipiendoam; fac esse, Statium, sententiam, quæ ipsi videatur, dixisse; cur magis vico *di S. Giovanni à Teduccio*, sine ullo adminiculo; quam loco ubi concordissimè omnes fatentur, tumulum manere, applicandam? Ad quod confirmandum, Cluverioque vltro ostendendum, quodnam sit Statij *littus Chalcidicum*; accedit huc ex Mergellina Sannazarus, quasi duo Papinij loca explicans in Arcadia his versibus.

Elog.

10.

*Cerca l'alta Cittade, oue i Calcidici
Sopra'l vecchio sepolcro si composero.*

Ne quod sūx postea dedit gloriæ Bembus, Matonis, scilicet, musa proximum ut tumulo, desperderet.

Et sanè, si dum Neapoli vixit Maro, fuit ab Augusto villa donatus in Paufilypo, cuius à Polidione, Virgilio familiarissimo, fuerat institutus hæres, ab Augusti humanitate alienum non fuisse existimandum est, ut in defuncti villa sūx iurisdictionis eretto tumulo, amici Poetæ cineribus genialiter parentaretur. Infelioribus deinde succedentibus tatis, vix unus, ac pauper villam colebat, quam postea pristino decori restituit Silius,

lib. 11.

Iam propè desertos cineres, & sancta Maronis

51.

*Nomina, qui coleret, pauper, & unus erat,
Silius.*

Silius Arpino tandem succurrit agello,

Silius, & vatem non minus ipse tulit.

Quæ omnia Seruij, & Donati testimonio sus-
fulta, Chiuerianæ nouitati, ne pauxillulùm qui-
dem probabilatis relinquunt; vt neque Pellegrini
iudicio, qui si dubio de tumulo, vt inquit, da-
retur locus, potius in via, quæ Neapoli Puteoloſ
per Antinianum erat olim frequens, illum posi-
tum fuille sibi suafisset; verùm Petri Cardinalis
Bambi auctoritati tantum ab unoquoqne deberi,
Pellegrinus fatetur, vt Virgiliū tumulum alibi pa-
nere, quam vbi nunc illum veneratur, temerarium
foret, quippe Actij Sincerij Mausoleo huic loco
proximo, sic cecinit Bambus.

Da sacro cineri flores, hic ille Maroni

Sincerus musa proximus, vt tumula.

Verum enim vero impigra rerum natura, con-
tinuo veluti prodigo, Chiuerianæ nouitatis erro-
rem demonstrare conatur, etenim cum rarissima-
vigeret in toto Pausilypo laurus; preterito seculo
sponte sua, in cacumine tumuli nuper descripti,
veluti in poete cineribus germen habuitset, laurus
adolescere cepit, quam cum Hieronymus Colum-
na, Scipio Mazzella, Fabius Iordanus, & Paulus
Portarellus litterarum, bonarumque artium cui-
tores eorum quo inspexissent, vt prodigijs carmen
tanto poetæ litarent; dum adhuc in loco tumuli
morabantur, sic primo cecinuit Mazzella.

Vt viret hec laurus tumulum, super ossa Maronis.

Sic viret illius gloria, fama decus.

Alterumque subiunxit tetraastichon.

Quod

*Quod sacri vatis cineres, tumulumque Maronis,
Sponte sua hic viridis laurus aduita tegat;
Indicat, & musis, & diuis semper amicum
Virgilium, speret, cui fore nemo pareat.*

Fabius deinde Iordanus sequenti, rem exalti-
cho exposuit.

*Busta ubi grandiloqui steterant, tumuliq; Maronis,
Vastaque seclorum pondere saxa ruunt,
Delphica formosis increvit frondibus arbor,
Atque iniussa sacras explicat alta comas.
Ne tanti cineres vatis sine honore iacerent,
Officium prestat laurus amica suum.*

Prolixiori demum carmine Paulus, vtrā lauri
prodigium plena notauit.

*Quod super hunc tumulum crevit Parnassia laurus
Sponte sua, manesque pī, atque ossa Maronis,
Atque loci genium viridanti protegat umbra,
Dinini vatis signat reverenter honores,
Ut quoniam nemo ante illum, nec post erit unquam,
Qui sic ruris opes, tali vel carmine Reges,
Diceret, illius vigeat per secula nomen
Laurus, ut hæc tumulo solī frondentibus extat,
Observatq; memor sacri monumenta poeta.*

Circa verò annum 1600. venti impetu, cum è
superiori collis parte, euulsa populus fuisset, su-
per tumulum ruuit, ac laurum fregit, quaꝝ non
amplius adoleuit; sed vt mirabilior res videretur,
non in tumuli apice, vt prius; sed circa eius gib-
bum tam æquali in inuicem distantia lauri creve-
re, vt exactissimam coronæ figuram omnibus, ho-
die locum adeuentibus representent, nequic id hu-
mana

nana cura euenisse est coniecture locus ; cum tu-
nuli altitudo, in ea parte telluris defectus, ac in-
ulta lauorum complicatio contrarium omnino
lemonstrent, vnde ne tanti viti Poetarū omnium,
ine vlliis inuidia, facile principis, tumulum
iurorum feracem incuriosa posteritas obliuioni
ommittat : placuit in ampio marmore, ante cry-
ste ingressum, erecto, post absolutas citra Puteos
balneorum notas. distichon prius, quod viuus
Maro sui cineris vniæ contexuit, deinde terra si-
hon lautis, quæ tanti poetæ adhuc cineres spon-
e coronant, obsequij ergo apponere.

Mantua me genuit, Calabri rapuere, tenet nunc

Parthenope: cecini pascua, rura, duces.

Ecce meos cineres tumulantia saxa coronat

Laurus rara solo viuida Pausilypi.

Si tumulus ruat, æternum hic monumenta Maronis.

Seruabunt lauris, lauriferi cineres.

Cumque vitæ actus cineribus venerationem
impertiantur, & heroum gesta in cineribus vene-
rentur, ne inconsulto Maronis venerentur pulue-
res, eius vitam à Tiberio Donato descriptam, tu-
nulo nos inscribere, non piguit.

V B L I V S Virgilius Maro parentibus
modicis fuit, & præcipue patre M aro-
ne, quem quidam opificem figulum
plures, Magi cuiusdam viatoris initio
mercenarium, mox ob industriam generum tra-
*diderunt, quem quium agricultori reique rusti-
ce, & gregibus præfecisset sacer, syluis coemuni-*
dis

dis & apibus curandis reculam auxit . Natus est
 Cn. Pompeio Magno , & M. Licinio Crasso primū
 coss. Iduum Octobrium dic , in pago qui Andes
 dicitur : qui est à Mantua non procul. Prægnans
 mater Maia , quum somniasset enixam se laureum
 ramum , quem compactum terræ coaluisse , & ex-
 creuisse illico in speciem maturæ arboris , refecta
 varijs pomis , & floribus cerneret: sequenti luce
 cum marito rus propinquum petens , ex itinere
 diuertit , atque in subiecta fossa partu levata est.
 Ferunt , infantem , vt fuit editus , nec vagisse , &
 adeò miti vultu fuisse , vt haud dubiam spem pro-
 sperioris geniture iam tum iudicaret . Et accedit
 aliud præsigium , siquidem virga populæ more
 regionis in puerperijs eodem statim loco depa-
 ñta , ita breui coaluit , vt multo antè satas popu-
 los adequauerit : quæ arbor Virgilij ex eo dicta ,
 atque consecrata est , summa grauidarum & fe-
 tarum religione , suscipientium ibi , & soluentium
 vota.

Initia etatis , id est usque ad septimum annum ,
 Cremonæ egit : & xvii. anno virilem togam ce-
 pit , illis consulibus iterum quibus natus erat .
 Euenitque ut eo ipso die Lucretius poeta decede-
 ret . Sed Virgilius Cremona Mediolanum , & in-
 de paulò post Neapolim transiit : ubi quum lite-
 ris , & Græcis , & Latinis vehementissimam operam
 dedidisset , tandem omni cura omnique studio in-
 dulsi medicinæ , & mathematicis . Quibus rebus
 quum ante alios eruditior peritiorque esset , sic in
 vibem contulit : statimque magistri stabuli equo-

rum Augusti amicitiam nactus , multos variosque morbos incidentes equis curauit . At Augustus in mercedem singulis diebus panes Virgilio , vt vni ex stabularijs , dari iussit . Interea à Crotoniatis pullus equi miræ pulchritudinis Cætari dono fuit missus : qui omnium iudicio spem portendebat virtutis , & celeritatis immensæ . Hunc quum inspexisset Maro , magistro stabuli dixit natum esse ex morbosa equa , & nec viribus valiturum , nec celeritate : idque verum fuisse inuentum est . Quod quum magister stabuli Augusto recitalset , duplicari ipsi in mercedem panes iussit . Quum item ex Hispania Augusto canes dono mitterentur , & parentes eorum , dixit Virgilius , & animum celeritatemque futuram . Quo cognito , mandat iterum , Virgilio panes duplicari .

Dubitauit Augustus Octauijne filius esset , an alterius : idque Maronem aperire posse arbitratus est , quia canum , & equi naturam parentesque cognorat . Amotis igitur omnibus arbitris , illum in penitiorum partem domus vocat , & solum rogat an sciat quisnam esset , & quam ad felicitandos homines facultatem haberet . Noui , (inquit Maro) te Cæsarem Augustum , & fermè æquam cum diis immortalibus potestatem habere scio , ut quem vis felicem facias . Eo animo sum (respondit Cæsar) vt , si vernm pro rogatu dixeris , beatum te felicemque reddam . Utinam (ait Maro) interroganti tibi vera dicere queam . Tunc Augustus , Putant alij me natum Octauio , quidam suspicantur alio me genitum viro . Maro subridens , Facil-

D

(in-

(inquit) si impunè licenterque, quæ sentio loqui
ubes, id dicam. Affirmat Cæsar iurejurando, nul-
lum eius dictum ægrè laturum: immo non nisi do-
Inatum ab eo discessurum. Ad hæc oculos oculis
Augusti infgens Maro, Facilius (ait) in cæteris
animalibus qualitates parentum mathematicis, &
philosophis cognosci possunt: in homine nequa-
quam possibile est. Sed de te coniecturam habeo
similem veri: ut quid exercuerit pater tuus, scire
possim Attentè expectabat Augustus quidnam
dicet. At ille, Quantum ego rem intelligere
possum, pistoris filius es, inquit. Obstupuerat Ce-
sar, & statim quo id pacto fieri potuerit, animo
voluebat. Interrumpens Virgilius, Audi (inquit)
quo pacto id conijscio. Quum quedam enuntia-
rim prædixerimque, que intelligi sciri que non nisi
ab eruditissimis summisq; viris potuissent, tu prin-
ceps orbis iterum, & iterum, panes in mercede
dari iussisti, quod quidem aut pistoris, aut nati pi-
store officium erat. Placuit Cæsari facetia. Ad
deinceps, inquit, non à pistore, sed à rege magna-
nimo dona feres. Illumque plurimi fecit, & Pol-
lioni commendauit.

Corpo, & statura fuit grandi, aquilino colo-
re, facie rusticana, valetudine varia: nam plerumq;
ab stomacho, & fauicibus ac dolore capitis labora-
bat: sanguinem etiam saepius ejecit. Cibi vinique
minimi. Fama est eum libidinis pronioris in pu-
res fuisse: sed boni ita eum pueros amasse putau-
erat, ut Socrates Alcidiadem, & Plato suos pu-
eros. Verum inter omnes maximè dilexit Cæs-
ar, tem;

rem, & Alexandrum, quam secunda Bucollorum ecloga Alexim appellat donatum sibi ab Asinio Polione. Vtrumq; non in eruditum dimitit: Alexandrum, grammaticum, Cebetem vero, & poetam. Vulgatum est, consueuisse cum Plotia Hertia. Sed Asconius Pedianus affirmat, ipsum postea minoribus natu narrare solitum, in uitatum quidem se a Vario ad communionem mulieris: verum se pertinacissime recusasse. Cetera sane vita, & ore, & animo, tam probum fuisse constat, ut Neapolii Parthenias vulgo appellaretur: ac, si quando Romae (quo rarissime commeabat) visceretur, in publico sectantes, demonstrantesque se, subterfugeret in proximum tectum. Bona autem cuiusdam exulantis, offerente Augusto, non sustinuit accipere. Possedit propè centies sestertium ex liberalitatibus amicorum. Habuitque domum Rome in Exquilijs iuxta hortos Mæcenatianos: quam secundum Campaniæ Siciliæque plurimum, intereretur. Quæcunque ab augusto peteret, repulsam nunquam habuit. Parentibus quoq; aurum ad abundantem alitum mittebat, quos iam grandis amisit: ex quibus patrem oculis caput: & duos fratres germanos, Silonem impuberem, Flaccum iam adultum, cuius exitum sub nostris Daphnidis deflet. Inter cetera studia (vt supra diximus) medicinæ quoque, ac maximè mathematicæ operum dedit. Egit & causam viam omnino, nec amplius quam sexet. Sermone tardissimum, ac pene indosto similem fuisse, Melissas tradidit.

Poeticam puer auspicatus, in Balilitam ludi gladiatoriū magistrum, ob infamiam latrociniōrum coopertum lapidibus, distichon fecit.

Monte sub hoc lapidum tegitur Balista sepultus;

Nocte die tūtum carpe viator iter.

Deinde Moretum, & Priapeia, & Epigramma-ta, & Diras, & Culicem, cum esset annorum quin-decim: cuius materia talis est: Pastor fatigatus æstu, quum isub arbore obdormisset, & serpens ad illum proreperet è palude, culex prouolauit, atq; inter duo tempora aculeum fixit pastori. At ille continuo culicem continuit, & visum serpentem interemit; ac sepulchrum culici statuit, & distichon fecit.

Parue culex, pecudum eustcs tibi tale merenti

Funeris officium vitæ pro munere reddit.

Scipio etiam (de qua ambigitur) Etnam. Et mox, quum res Romanas inchoasset, offensus ma-teria, & nominum asperitate, ad Bucolica transiit

maxime, vt Asinium Pollionem, Alphenum va-rium, & Cornelium Gallum celebraret, quia in distributione agrorum, qui post Philippensem victoriam veteranis, Triumvirorum iussu, trans Padum diuidebantur: inde nō se præstitissent.

Deinde Georgica in honorem Mæcenatis edidit, quum sibi vixdum nota opem tulisset aduerius Clandij veterani militis, vel (vt alij putant) Arij centurionis violentiam: à quo in altercatione litis agrariae parum absfuit quin occideretur. Nouissime autem Æneidem aggressus est, argumentum va-rium, & multiplex, & quasi amborum Homeri

car-

carminum instar: præterea nominibus, ac rebus, Græci, Latinisque commune: & in quo^squod maximè studebat) Romanæ simul vrbis, & Augusti origo continetur. Quum Georgica scriberet, traditur quotidie meditatos manè plurimos versus dictare solitus, ac per totum diem retractando ad patricissimos redigere: non absurdè carmen se vñq^e more parere dicens, & lambendo demum effingere. Æneida prosa prius oratione formatam, digestamque in duodecim libros particulatim compонere instituit, vt quidam tradunt. Alij eius sententiæ sunt vt existiment cum, si diutius vixisset, quatuor, & viginti libros usque ad Augusti tempora scripturum: atque alia quidem percursurum, Augusti verò gesta diligentissimè exequuturum, quippe qui ; dum scriberet, nequid impetum moraretur, quædam imperfecta reliquit: alia leuissimis versibus scripsit, quos per iocum pro tigillis vel tibicinibus interponi à se sciebat, ad sustinendum opus, donec solide columnæ aduenirent.

Bucolica triennio, Asinij Pollionis suisu, perfecit. Hic transpadaham prouinciam regebat: cuius fauore, quium veterans Augusti in litibus Cremonensium, & Mantuanorum agri distribuerentur, suos Virgilius non amisit, Facta enim distributione, suos Claudio seu Ario datos recuperauit. Hunc Pollionem maximè amauit Maro, & dilectus ab eo magna munera tulit: quippe qui invitatus ad cœnam, captus pulchritudine, & diligentia Alexandri Pollionis pueri, eum dono accepit. Huius Pollionis filium C. Asinium, & Cor-

nelium Gallum, oratorem clarum, & Poetam non mediocrem, miro amore dilexit Virgilius. Is translulit Euphorionem in Latinum : & libris quatuor amores suos de Cytheride scripsit. Hic primò in amicitia Cæsaris Augusti fuit, postea in suspicionem coniurat onis contra illum adductus occisus est. Verum usque adeò hunc Gallum Virgilius amarat, ut quartus Georgicorum à medio usque ad finem eius laudem contineret : quem postea, iubente Augusto, in Aristæi fabulam commutauit. Georgica septennio Neapoli, Æneida partim in Sicilia, partim in Campania unde cum annis confecit. Bucolica eo succelsu edidit, ut in scena quoque per cantores crebra pronuntiatione recitatentur. Ac quum Cicero quosdam versus audisset, & statim acri iudicio intellexisset non communis vena editos, iussit ab initio totam eclogam recitari : quam quum accuratè pernotasset in fine ait, *Magnæ spes altera Romæ*, quasi ipse linguae Latinæ spes prima fuisset, & Maro futurus esset secunda. Quæ verba postea Æneidi ipse inferuit.

Georgica, reuerso ab Actiaca victoria Augusto, atque retiendarum virium causa Atellæ commemoranti, per continuum quatriduum legit: suscipiente Mæcenate legendi vicem, quoties interpellaretur ipse vocis offensione. Pronuntiabat autem maxima cum suavitate, & tenacinijs miris. Seneca tradidit, Iulium Montanum poetam solitum dicere, inuolaturum se quædam Virgilio, si & vocem posset, & os, & hypocrismus: eosdem enim versus

sus eo pronuntiante , bene sonare : sine illo inarēscere, quasi mutos. *Æneidos*, vixdum cœptæ tanta extitit fama , vt *Sext.* *Propertius* non dubitarit sic prædicare.

Cedite Romani scriptores , cedite Graij:

Nescio quid maius nascitur Iliade.

Augustus verò , quum iam forte expeditione Cantabrica abesset , & supplicibus atque minacibus per iocum litteris efflagitaret, vt sibi de *Æneide* (vt ipsius verba sunt), vel prima carminis hypographa, vel quodlibet colon mittaret : negauit se facturū Virgilius. Cui tamen multo post, perfecta demum materia, tres omnino libros recitauit : secundum videlicet, quartum & sextum . Sed hunc præcipue ob *Octavianam*: quæ quum recitationi interesset ad illos de filio suo versus , *Tu Marcellus eris*, defecisse fertur: atque ægre refocillata , dena septertia pro singulo versu Virgilio dari iussit. Recitauit , & pluribus , sed neque frequenter , & ferme illa de quibus ambigebat, quo magis iudicium hominum experiretur. Erotem librarum, & libertum eius , exacte iam senectutis , tradunt referre solitum , quondam in recitando eum duos dimidiatos versus complesse , ex tempore: & huic *Misenum* *Æolidem* adiecisse, quo non præstantior alter. Item huic, *Aere ciere viros*, simili calore iactatum , subiunxisse, *Martemque accendere cantu*. statimque sibi imperasse, vt vtrumque volumini adscriberet. Bucolica Georgicaque emendauit.

Anno verò quinquagesimo secundo , vt ultimā manūt *Æneidi* imponeret , statuit in *Græciam* .

& Asiam secedere, triennioque continuo omnem operam limationi dare: ut in reliqua vita tantum philosophie vacaret. Sed quum agressus iter, Athenis occurrisset Augusto ab Oriente Romanum reuertenti, vna cum Cesare redire statuit. At quum Megaram, vicinum Athenis oppidum, visendi gratia peteret, languorem nactus est: quem non intermissa nauigatio auxit, ita ut grauior in dies, tandem Brundusium aduentarit, vbi diebus paucis obiit, decimo Calendas Octobris, Gneo Plautio, & Quinto Lucretio, coss. Qui quum grauari morbo sese sentiret, scrinia saepe, & magna instantia petiuit, crematurus Aeneida: quibus negatis, testamento comburi iussit, ut rem inemendatam imperfectamque. Verum Tucca, & Varius monuerunt, id Augustum non permissurum. Tunc eidem Vario ac simul Tuccæ scripta sub ea conditione legauit, nequid adderent quod a se editum non esset: & versus etiam imperfectos, si qui erant, relinquerent. Voluit etiā eius ossa Neapolim transferri, vbi diu & suauissime vixerat: ac extrema valetudine hoc ipse sibi epitaphium fecit distichon,

*Mantua me genuit: Calabri rapuere: tenet nunc
Parthenope: cecini pascua, rura, daces.*

Translata igitur iussu Augusti eius ossa (prout statuerat) Neapolim fuere: sepultaque via Puteolana, intra lapidem secundum, suoque sepulchro id distichon, quod fecerat, inscriptum est. Heredes fecit ex dimidia parte, Valerium Proculum, fraterem ex altera parte, ex quarta Augustum, ex duo-

deci-

decima Mēcenatem, ex reliqua L. Valerium, &
Plotium Tuccam, qui eius Æneidem post obitum
(prout petiuerat) iussu Cesaris emendauerunt.
Nam nullius omnino sententia crematu Æneis
digna fuit, de qua re Sulpitij Carthaginensis ex-
tant huiusmodi versus .

Iusserat hac rapidis aboleri carmina flummis

Virgilius, Phrygium quæ cecinere ducem :
Tucca vetat, Variusque simul: tu maxime Casar.
Non sinis, & Latiae consulis historiæ.

Infelix gemina cecidit propè Pergamos igni,

Et penè est alio Troia cremata rogo.

Extant, & Augusti de ipsa eadem re versus plu-
res, & clarissimi, quorum initium est.

Ergone supremis potuit vox improba verbis
Tantum dirum mandare nefas? ergo ibit in ignes,
Magnaque doctiloqui morietur musa Maronis?

Et paulò post.

Sed legum seruanda fides: suprema voluntas;
Quod mandat, fierique iubet, parere necesse est.
Frangatur potius legum veneranda potestas,
Quam tot congestos nocteisque diesque labores
Häuserit una dies.

Et ea quæ sequuntur.

Nihil igitur autore Augusto Varius addidit,
quod, & Maro præceperat: sed summatim emen-
dauit: ut qui versus etiam imperfectos, si qui erant,
reliquerit. Hos multi mox supplere conati, non
perinde valuerunt: ob difficultatem, quod omnia
ferè apud eum hemistichia (præter illud, *Quem-*
tibitam Troia peperit) senium videntur habere
per-

58 Thermologiae Aragoniae

perfectum . Nisus grammaticus audisse se à senioribus dicebat, Varium duorum librorum ordinem communiasse , & qui tum secundus erat,in tertium locum transstulisse ; etiam primi libri correxisse principum , his demptis versibus :

*Ille ego, qui quondam gracili modulatus avena
Carmen, & egressus sylvis, viciua coegi
Ut quanuis auido paterent arua colono,
Gratum opus argicolis: at nunc horrentia Martis .
Arma virumque cano .*

Obtrectatores Virgilio nunquam defuerunt : nam nec Homero quidem Prolatis Bucolicis, in nominatus quidam rescripsit Antibucolica ; duas modo Eclogas, sed insulsissime quarum prioris initium est.

Tityre si toga calda tibi est, quo tegmine fagi?
Sequentis.

*Dic mihi Damæta, cuium pecus? an re Latinum?
Non verum Ægonis: nostri sic rure loquuntur .*

Alius recitante eo ex Georgicis *Nudus ara, se-
re nudus : subiecit, habebis frigore febrem .*

Est , & aduersus Æneida liber Carbilij Pictoris , titulo Æneidomastix . M. Vipranius eum à Mæcenate suppositū, appellabat nouæ repertorem : dicebatque neque tumidum esse , neque exilem, sed communibus verbis opus illud confecisse . Herennius vitia eius tantum contraxit, Perilius Faustinus furta . Sunt, & Q. Octauij Aucti volumina, quibus annotatur , quos & vnde versus translulerit . Asconius Pedianus, libro quem contra obtrectatores Virgilij scripsit , pauca ad-

mo-

modum ei obiecta proponit: & potissimum, quod non recte historiam contexit, & quod pleraque ab Homero sumpsit. Sed hoc crimen sic defendere assuetum ait, cur non illi quoque eadem furta tentarent. Verum intellecturos, fac lius esse Herculii clauam, quam Homero versum surripere. Et tamen destinasse secedere, ut omnia ad satietatem maleuolorum decideret. Refert etiam Todianus, benignum, cultoremque omnium bonorum, atque eruditiorum fuisse, & vñq; adeò inuidiæ expertem, vt si quid eruditè dictum inspiceret alterius, non minus gauderet, ac si suum fuisse: neminem vituperare: laudare bonos, ea humanitate esse, vt, nisi peruersus, maximè quisque illum non diligeret modò, sed amaret. Nihil proprij habere videbatur. Eius bibliotheca non minus alijs doctis patebat, ac sibi. Illudque Euripidis antiquum sibi usurpabat, communia esse amicorum omnia. Quare coæuos omnes poetas ita adiunctos habuit, ut quum inter se plurimùm inuidia arderent, illum vna omnes colerent, Varius, Tucca, Horatius, Gallus, Propertius. Anser verò, quoniam Antonij partes sequutus est, illum non obseruasse dicitur. Cornificius ob peruersam naturam illum non tulit. Glosse verò adeò contemptor fuit, vt quum quidam versus quosdam vbi adscriberent, eaque de re docti haberentur, non modò ægrè non ferebat, imò vnguiculatum id sibi erat. Quum enim distichon, quod laudem felicitatemque Augulti continet, ecisset, valuisque non nominato autore insixit.

fixisset, id erat huiusmodi.

Nocte pluit tota redeunt spectacula mane:

Diuisum imperium cum Ioue Cæsar habet.

Diu quæritans Augustus cuiusnam hi versus essent, eorum authorem non inueniebat. Bathyllus verò, poeta quidam mediocris, tacentibus alijs, sibi ascripsit. Quamobrem donatus honoratusq; à Cæsare fuit. Quod æquo animo non ferens Virgilius, ijsdem valuis affixit quater hoc principum. *Sic vos non nobis.* postulabat Augustus ut hi versus completerentur, quod quum frustra aliqui conoti essent, Virgilius præposito disticho sic subiunxit.

Hos ego versiculos feci, tulit alter honores.

Sic vos nobis nidificatis aves.

Sic vos non vobis vellera fertis oves.

Sic vos non vobis mellificatis apes.

Sic vos non nobis fertis aratra boves.

Quo cognito aliquandiu Bathyllus Romæ fabula fuit, Maro verò exaltatior. Quum is aliquando Enniūm in manu haberet, rogareturque quidnam ficeret, respondit se aurum colligere de stercore Ennij. Habet enim poeta ille egregias sententias sub verbis non multum ornatis. Interroganti Augusto, quo pacto feliciter ciuitas gubernaretur, Si prudentiores, inquit, temonem tenuerint, & boni malis præponantur: itaque optimi suos habeant honores: nulli tamen aliorum iniusti quicquam fiat. At Mæcenas, Quid, inquit, Virgili, satietatem homini non afferit? Omnia rerum, respondit, aut similitudo, aut

mul-

multitudo stomachum facit, præter intelligere. Idem interrogavit quo pacto quis altam felicemque eius forsunam feruare potest. Cui Maro, Si, quantum honore ac diuinitatis alijs præstantior sit, tanto liberalitate, & iustitia alias superare nitatur. Solitus erat dicere, nullam virtutem commodiorem homini esse patientia, ac nullam asperitatem adeo esse fortunam, quam prudenter patiente vir fortis non vincit. Quam sententiam in quinto Æneidas inseruit.

*Nat e Dea, quo fata trahunt retrahunt que sequamur.
Quicquid erit, superanda omnia fortuna ferendo est.*

Quum quidam eius amicus Cornificij in eum maledicta, & inimicietas sibi narraret, Quam putas, inquit, esse huiusc malevolontiae causam? Nam neque unquam Cornificium offendit, & eu amo. En, inquit, Hesiodi sententiae non meministi, ubi ait, architectum architecto inuidere, & poetam poetæ? De malis, inquit, Græcus illius intellexit, nam boni eruditiores amant. Sed magna cum mea laude, & gloria vindictam in manu habeo. Maiore enim cura virtuti intendam: atque quo elegantior ego sum, eo vehementius inuidia rumpetur. Erat Augusto familiaris Filistus quidam, orator, & poësim mediocriter doctus, cui multiplex variumque ingenium erat: quiique omnia dicta reprehendere conabatur; non ut verum dignosceret, quod Socrates facere consuevit, sed ut eruditior videretur. Hic Virgilium, ubiunque conuenire dabatur, maledictis, salibusque vexabat. Quare ille sape aut tacitabundus discedebat,

aut

aut suffusus pudore tacebat. Verum quum Augusto audiente elinguem illum diceret, & causam etiam suam, si linguam haberet, defendere nequirit: Tace, inquit, rabula: nam haec mea taciturnitas defensorem causarum mearum Augustum fecit, & Mæcenatem, & ea tuba, quum volo, loquor, quæ vbique, & diutissime audietur. Tu loquaçitate non modò aures hominum, sed muros rumpis. Augustus verò Filium graui vultu increpauit. Tunc Maro, Si tempus Cæsar, inquit, tacendi hic sciret, raro loqueretur. Tacendum enim semper est, nisi quum taciturnitas tibi noceat, aut oratio alijs proficit. Nam qui contendit: & an contentionis finis utilis sit non nouit, stultis lumi annumerandum sapientes putant. Posteaquam Augustus summa rerum omnia potitus est, venit in mentem, an conduceret tyrannidem emittere, & omnem potestatem annuis consulibus, & Senatui Remp. reddere; in qua re diuersæ sententiæ consultos habuit Mæcenatem, & Agrippam. Agrippa enim, utile sibi fore, etiam si honestum non esset, relinquere tyrannidem: longa oratione contendit: quod Mæcenas dehortari magnopere conabatur. Quare Augusti animus, & hinc ferebatur, & filiac. Erant enim diuersæ sententiæ varijs rationib[us] firmatae. Rogauitq[ue] Maronem; an conferat priuato homini se in sua repub. tyrannum facere. Tum ille, Omnisbus temere (inquit) rempub. occupantibus molesta ipsa tyrannis fuit, & ciuib[us], quia necesse erat propter odia subditorum, aut eorum iniusticiam, i-

ma-

magna suspicione , magnoque timore viuere : sed si ciues iustum aliquem scirent, quem amarent plus sumum , ciuitati id ytile esset , si in eo uno omnis potestas foret . Quare si iustitiam) quod modò facis) omnibus in futurum , nulla hominum facta compositione , distribues: dominari te & tibi conductet & orbi . Benevolentiam enim omnium ita habes , vt deum te & adorent , & credant . Eius sententiam sequutus Cæsar , principatum tenuit , Audiuimus à Silone præcepta Epicuri : cuius doctrinæ iocium habuit Varium . Quanuis diuersorum philosophorum opiniones libris suis interuisse de animo maximè videatur , ipse tamen fuit Academicus : nam Platonis sententias omnibus alijs prætulit .

A Maronis tumulo expediti , reuertendum nobis est ad viam , vnde fuit ad villam ingressus , quæ leniter cliuum ascendendo in templum , ac cœnobium Dñi Antonij Franciscanorum adducit , ac ultrâ prosequendo in mediterraneum Pausilypum ; quod priusquam iustremus , notare debemus , quod tam in collis mediterraneo , quam in littore vastarum molium fundamenta , ædificiaque vetustissima adhuc constantia cernuntur , tantæ soliditatis , vt scopuli potius , quam iactæ hominum industria pilæ existimentur : neque mirum , cum nobis ex Plinio constet , protractum amœnissimi collis littus multis , & angustis sinibus marinos intercludens fluctus , quomdam ad piscium viuat fuisse destinatum , quibus superbis superstrutis ædificijs proximis delitijs Romani Princi-

pes

pes vrebantur; sic enim Plinius.

Eius piscium memorandum nuper exemplum accepimus. Pausilypum villa est Campanie hanc procul Neapolit. In ea in Cæsar's piscinis à Pollio Vedio coniectum pescem, sexagesimum post annum expirasse scribit Anneus Seneca.

Potiebatur tunc villa Pausilypi hic Vedi Pollio, vir animo ferox, & genio atrox, cuius feritatem adauxerat potius, quam lenierat loci amoenitas; quippe magnum murenarum numerum hominum carnibus in viuarij assuescerat; leui enim causa seruos in piscinas præcipites dabat, qui vix mersi à murenis vorabantur, tantaque erat Pollio's immanitas; vt in eo patrando flagitio, neque ipsiusmet Augusti præsentia pepercere, cœnante onim apud eum Cæsare, puer, qui mensæ decieruebat fortuitò chrystalli poculum fregerat; & neque ius hospitij, neque Augusti auctoritas potueret, nè infelicis piucernæ ad murenas coniecti exilio, foedarentur cœne: est rei apud Dionem memoria.

A Vedio ville Pausilypi heres fuit institutes Augustus, qui Vedi inhumanitatem stomachatus, sceleratas diruit ædes, quodque in eis pretiosum erat, Romam, vt Iuli portico in ornatu substitueretur, transmisit. In nostri Pausilypi mediterraneo, ybi iu Austrum inclinat, passim antiquorum ædificiorum vestigia calcantur, atque in edito ingens, & erectum adhuc eminent templum, quondam Fortunæ dicatum, in cuius penetralibus fuit olim marmorea reperta tabula, vt apud leg-

alium habetur, in qua, quæ sequuntur litteræ habentur.

Vesorius Zelius post assignationem ædis Fortunæ, signū Pantheo sua pecunia. D,D.

Veneratur nunc ibi templum veriori cultu, cui titulus *S. Maria à Fortuna*, hinc quoquò per collēm dirigantur gressus antiquorum ædificiorum, premuntur ruinæ incerti nominis, ac dubiæ famæ. Porrò ab Augusti temporibus, nil deinde quod sit memorie dignum, de Pausilypo apud veteres Scriptores notatum reperio, præterea, quæ de Euplææ Veneris, siue Doritidis fano à poetis accipimus, de quo paulò post suo loco, dum Pausilypi littoralem percurremus limbum.

Præterea, quæ integræ nunc ibi conspiciuntur ædificia, vix postremorum seculorum vnius, aut alterius, antiquitatem sapiunt. Mediterraneum, hoc Pausilypi solum, ut suprà annuimus, fertilissimum est, præitque abundantia, excellentiaque vinorum, fructuum, & segetum, non solùm quasuis eiusdem Campaniæ: sed totius Europæ oras; quod nè patrij loci amore protulisse videar, proptereaque commentitium ex penitissimis huc Sarmatis magni viri Stanislai Rescij, ad Stanislaum, Ep. 54. Socolowium Poloniæ Regis theologum, scribentis, perquam verissimam adducam huius loci hyperbolēn.

Hinc imminet, quem ēque, ut Vesuvum ad te scribens prospicio, totus fructificus, totus amboſius,

undisque cinctus pascis, cuiusque meritisque caper
Pansilypus, cuius ipse quoque.
Iuppiter ambrosia satur est, & nectare vivit.

Ficetis, vineis, myrtis, olivis, rosetis, prae-
metis, caperis omnium arborum ordinibus, & om-
nium generum apyrinis fructibus, atque adeo Ma-
crocidibus visibus, biferisque ficubus, ita confusus,
aque distinctus, ex quocunque vestigium posueris,
quod deorum, hominumque cornac inserviat, sub ipsis
illuc nasci video vestigij. Et quod a me miratur
eadi loco ducitur; cum totus ex omni parte collis vi-
deatur sanguis, ita tamen est natura benignitas
contemporatus, ut ex orato proscindatur, ad semen-
tem, & venatori cedat ad viensem, & ubique sit her-
bidus ad pastum, & totus tamen sit solidus ad quo-
duis adficiuntur. Credo mihi modo non ipsa eius
erantur feminanturque littora. Hic illa producit
mala Punica, mala Persica, mala cotonea, mala
granata, ante de omni muro, deque omni arbore,
mille pendentia, mala stratea, scandina, Quiri-
niana, cytherea, mustea, Mariana, vernieba, sca-
diana, paunacea, Punica, rubra, prosolia, sylvo-
aria. Hic præ Tiberiana, cucubina, manemo-
sa, edua, Bergoma, Christiana anciana, milesia,
calculoza, Crustamina, Gracile, laurea, Nemor-
ia, Tulliana. Hic pruna, cerea, pulla, peregrina,
frutescens, quæ si nova, tamen est verbo non circu-
lato; quia rurbi profundiibus, præteritis anni meri-
bus iubemur. Hic cerasa, duracina, Siciliensis,
Campanica, laurea. Hic ficus, biforas, Augustas,
atas, pallas, caricas, Chalisticas, Chias, Mor-
fas,

sicas, Rhodias, Numidicas, Pompeianas, strati-
nas, Herculaneas. Hic nubes pineas, castaneas,
anellanas, inglandes, Grecas, Tarentinas, Ponti-
cas, moluscas. Omitti mutas istiusmodi saccos
maceratas, illos cedrides, rofaceousque saccos, acer-
bissimarum febrium dulcissima leumenta. Onit-
to mille alias gulæ, palatique illecebras, echinos,
mullos, murices, ostreas, murenas, scaros ab Octa-
vio in mari Campano; tanquam in terra fruges se-
minatos.

Neque nostris his temporibus, vacum dominatum,
singularemque cultorem Panstypum agnoscit: in
innumerabiles enim ferè villas dñisum, celebre-
est Neapolitanorum solarium; dispersas secundum
vitarum multitudines habet ædes; verum in me-
dio collis frequentius: edificium coloniam quasi
efformat, que à Parochiali Ecclesia Sancti Stratii
ibi venerata nomen desumpsit. Collis deinde O-
rientalem limbum, sive eius littoralem partem,
cuius maris vicinitate amoenitas augetur, super-
barum ædium frequentia exornat, ac ut palli-
breni sinu litus curvatur, passim quoque capaci-
tias doant ostentat, quas vel circumvolvit ve-
da, vel eas subtercurrent, occultata macrosis pro-
stet, pura, lucidum; elefantorum fertile est
pitium saporis gulæ pigræ: est noctem preze-
ræ diguum, Murenas, quas ingenis magnitudi-
nis Panstypi mare producit, spanis, quibus natu-
raliter carnem habent interaspersam, omnimo-
de carere. Neque scopuli Panstypi steriles; ter-
ram enim incoluntur, et circuatu-

omniumque crustatorum thesaurum.

. Dispositæ , vt diximus , sunt per littoris longitudinem milliarium fortè trium edes , ac villæ , quæ quamuis orientis æstiui Solis radios excipiunt , qui cœli serenitatem , etherisque puritatem producunt potius , quam caloris intensionem ; Sole tamen cœli culmen ascendentे , ijs amplius non vrgentur: quippè Pausilypum in brachij figura Orientem versus seipsum curuans , prænotata ædificia amplectitur ; ac propriæ rupis umbra à meridianis radijs tuetur , dulcique Zephyro , qui per eius vallum declivitatem assiduo , placideque spirat , adeò incolas , recreat , vt intolerabilibus Siris , non solùm non torreantur adoribus ; sed perpetui Veris temperie fruantur . Tot ergo delitijs molle Pausilypum , mollius annua Neapolitanorum frequentia efficitur ; æstiuo enim imminente solstitio , veluti Pausiliypo immolaturi , nobilium ordines res necessarias præparant ; enim uero lntres , scalmosque , quos *fellucæ* indigent , varijs simulacris configunt ; remiges geniali colore vestibus induunt ; citharædos , eunucosque canoris modulatibus exercent ; pro commissariis peregrinorum , lectorumque ciborum copias procurant , atque pretiosa suppellectile vacuas exornant littoris edes , continuoq; indè remigio cunctes , redeuntque omnibus sensuum illecebris indulgentes noctū , diuq; optatum frequentant Pausilypum ; ibique gula , venere , aleis , spectaculis , remigibus sumptuosa æmulatione licet opulenta inaniuntur grata , et req; alieno grauantur . Sacrum

præ-

præterea est consuetudinis lege, ut festiūis singulis diebus, Regni princeps aurata linte, quam *gondola* vocant, optimatum comitatu, ac magno sequentium scalmorum numero, annuis his Pausilypi assistat delitijs; horis enim, quibus Pausilypum Solem ad Occasum vergentem omnimode occupat, vrbis matronæ thedis vectæ pompa, & ornatu superbæ littore consistunt, ac palam sumptuosissimis edulijs, gelidis aquis, Turcica Sorbet, Indicaque Cocholata torpidas irritant gulas; interim Prorex pigro remigio, vltra ducentis sequentibus nobilium scalmis, permeat vicini littoris mare; atque coenantes matronas inclinata fronte salutat. His ad æquinoctium ferè usque Septembribus Neapolitanorum animi adeò irretiuntur illecebri, vt effeminati egregiam alioquin suam indolem corrumpant. Octaua deinde Septembribus Deipare Virginis nativitati dicata dies Pausilypum soluit: quippe diuq Mariæ *di Piedigrotta* in extremo littoris angulo, solennis illa celebratur festiuitas, quod pomceridianis excursibus Prorex accedit lasciuienti, multaque cum equitatus manu, quorum pompe innumerabili sumptuosisorum, venustiorumque rheldarum numero per longum *Chiaie* littus disposito, vniuersa ciuitas spectatrix assistit, è festiuitate tandem ad vrbem redeuntes, ad subsequentem usque messem vltimum dicunt vale Pausilypo.

Verum cum sepe accidat, quamplures scalmis per mare ire Purelos, pergratum fortè erit extensis hic subdere littoralem Pausilypi limbum, quod

dum per Chiaia arenam peruentum est, ædes V : -
 zatis primò tese offerunt, sub via, que per cliuus in
 in Pausilypi iugum ascendit, positæ; hisce ad
 triginta passus parvuli maris sinus, domus succe-
 dunt *Coppalo*, in quibus e scopulo propè mari-
 nas, perennes, ac dulces aquæ affluentissimè ma-
 nant: ab his ad item triginta passus Mergel-
 linæ scopulum diuæ Mariæ partus cum templo,
 cœnobioque Scrutarum, & Principis *Colles An-*
chisa domo, occurunt, sed huiusc loci occa-
 sione non pigebit à Pausilypi illecebris ad ea tran-
 fire, que ibi sunt virtutis specimina. *Pisces* ia-
 hoc littore, quasi ludendo, nunc ex vndis emer-
 gentes, nunc se sub fructibus mergentes Mergel-
 linæ etymologiam dedere; tantæ est arcenitatis
 locus; ut non fecus sit Mergellina in Pausilypo,
 ac in Campania Pausilypum, villa quondam fuit
 celeberrimi viri Iacobi Sannazarij, quam celeb-
 errimam fecit tanti viri in ea commoratio, ac post
 mortem eius, sepulchrum, unde præbuit Ludouic
 o Ariosto illa camina scribendi occasionem.

E l'buom, che di veder tanto disio
Giacomo Sannazar, ch' alle Camene.
Lasciar fai i monti, e' habitar l'arene.

lib. epig. Quorum sensum perquam lepide Latines hoc
 epigrammate expressit Bernardinus quoque Rota.
Quicunque Aenio perquiris vertice Musas,
Quære alio: hinc abeunt, hospitium est aliud.
Mergellina tenet felici littore: tu si
Queris eas, moniem desere, littus adi.
Et paulò post subiunxit.

Iam

*Tunc vocat me Pausilypus, canens
Plaudit, & clari tumultus Marenis
Me vocat toto veneranda Mergille
Lina profundo.*

Decere sane exstimaui, ut, si celebris est propter Sannazarium Mergellina, sit quoque propter Mergellinam hic opportuum, virtutum tradere.

Jacobi Sannazarij Elogium.

A B extremitate Hispanie oris illustris prospice viri ad Insubres quondam appulere, vbi in Lomellina, Oppido nomine San Nazar inter Padum, & Ticinum posito, potiti, relicto primi gentis cognomento, ab ipsius nomine Sannazarium familiam deduxere: hi cum Caroli Tertij Regis, qui Neapolitanum Regnum sibi debitum, ad recuperandum, sequerentur partes, Neapolim concederunt, eorum bellum cursu ea fuit erga Regem eorum virtus, ac fides, ut Sinuella, Massicis montibus ad Vulturium usque, alijsque oppidis Regis munificentia donarentur. Ex hac illustri familia Iacobus Sannazarus in lucem inter vienes prodijt anno 1471. tempore, quo spoliata à Joanna Regina bonis à Carolo receptis, Sannazariorum domus inter angustias decus seruabat uitum: At Iacobus heroicam fortitudinem in literaria palestra impigram iuuentutem exercuit, tantumque in ea profecit, ut magnus Ioannes Iordanus Pontanus inter viros, qui ea etate Musas colebant, bonisque artibus vacabant, in Jacobum

primas, non solum contulerit, sed clus familiaritate, ac necessitudine potitus, voluit, ut propter eius ingenij felicitatem, ac promptitudinem (Romanorum Academicorum more, in quibus summa sapientia elucescebat) nomen cognomentumque in Actium Sincerum commutaret. Mortuo deinde Pontano Friderici Regis à Secretis Consilio, defuncti amici munus Actius subiit. Carolo deinde Octauo Galliatum Rege Neapolitanum Regnum inuadente, exul, profugusque inde abiit Fridericus, cuius fortunam constanti animo, intemperataque fide sequutus Sannazarius, est laudis non parum adeptus; pacatis tandem rebus Neapolim repetit, sua ducens hilarem in Mergellina vitam, corporis cultui, & amoribus induigens honestis. Tandem Carolo Quinto imperante Filiberti, Principis Arausinorum Cesaris in Italia plenipotentiarij iracundia perterritus Iacobus Romam concessit. Interim Filibertus occasione susceppta Sannazarij villam Mergellinam, in Paulslypo positam, quam ob loci amoenitatem sumptuose excoluit, dituit, atque vastauit: Actius, auditò facinore, rem adeò ægrè, molestè quietulit, ut lethali morbo correptus, profundè mortititia semper obmutuisse ferant, morbo ingrauecente proximus erat ultimo fatu, cum Principem Filibertum supremum obiisse diem illi renuntiatur, ad nuncium sustulit Sincerus è puluinaribus caput, ac vehementi perfusus gaudio exclamauit, libenter nunc te mortem exopto, quia me ab iniurys vendicasti, alteròque die mortititia in latitiam con-

conuersa Romæ anno 1633. religiosissimè excelsit. Vir fuit in omni literatum genere peritus, solutam orationem, non minus quam carmen accuratissimè, feliciterque conscripsit, Latino idioma te non aliter, quam Etrusco. Heroico carmine graui, elaborataque textura de Partu Virginis poema, de morte Christi quæritoniam, tres elegias, & epigrammata, composuit, odas, &c. Arcadiam lepida, placidaque Etrusca cecinit musa, ac ut in suis expiandis operibus oculatissimus, ita acerrimus fuit aliorum carminum censor, ac propretra felle non caruisse tradunt. Testamento cauit, vt eius ossa Roma in suam Mergellinam translata in Ecclesia, quam sibi viuens construxerat, condecorantur adiectis carminibus.

Actius hic situs est, cineres gaudete sepulti,

Nam vaga post obitum umbra dolore caret.

Mergellinam translata tanti viri ossa marmoreum meruere sarcophagum varijs simulcaris insculptis tantæ excellentiæ, vt in tota Europa præstantius adinueniri ambigatur, situm illud est ad parietem post aram maiorem eiusdem Ecclesiae diuæ Mariæ partus, ac in limbo sepulchri celebrissimi Petri Cardinalis Bembi sequentia carmina incisa leguntur.

Da sacro cineri flores, hic ille Maroni

Sincerus musa, proximus, ut tumulo.

Vixit annos L X I I. obiit, anno Domini MDXXXIII.

Nec voluimus non subdere Cœlestini Guicciardini Epigramma.

Ad

74 Thermologie Aragonie

Ad Sepulchrum Sannazarij.

*in Mer. Actus hoc recubat nitido sub marmore vates,
Camp. Cui radians Phœbus lauræ ferta dedit.*

*Hic verner bellus, flores, tu funde, viator,
Vatemque irrore docta Camana fuum.*

*Huc rati, huc fontes tenui properate sufracto,
Ut Vati obueniens somnia grata meo.*

*Æquora, bacchantes vitro compescere flumus,
Ut littus dulci marmure plaudat Io.*

*Æolus, obscurum ventos inspingat in antrum,
Ne Sacros cinctes dissipet ætra furens:*

*Sique Vosne suis gaudes splendescere flammis,
Sis Vati eternum lampas honora meo.*

*de anti. Qui plura de Actij Sinceri vita, de morte, de
Puseol. eius celebri sepulcro, deq; ipsius villa Mergellina
desiderat, eruditum Iulium Cæsarem Capaccium
consultat.*

Mergellina, vt Pausilypî littoralem percurramus limbum, succedunt continuo ædes, quæ della Duchessa di Cenatupo dicuntur; post has, interuallo passuum 80. magnificæ occurunt, quæ del Principe della Roccella indigentur; deinde traecto maris sinu, paf. 180. ex adueniunt, quæ Regia ornata magnificantia sunt del Principe di Caserta; interuallo deinde passuum 80. ex superbissimæ veniunt in prospectum, quas del Duce appellitant di Medina, hic quondam Neapolis Prorex, tantæ molis ædificium hoc in loco erigendum curauit, vt nostra hac ætate, inter Urbis magnificantias, numeretur amplissima hæc ædium strues. sinu deinde maris interposito, passuum ferè

ferè 150. superbæ adhuc strukturæ ex sunt erectæ,
 quæ del Principe di Colobrano dicuntur, quibus,
 alio sinu interposito, passuum ferè 100. ex succes-
 dent ædes, quas del Duca di Nocera appellitant;
 post quas, & similem maris sīnum, ex occurruunt,
 quæ dicuntur dellî Spinelli. Hactenus ædes retu-
 limus tantæ amoenitatis, magnificentie, & delitia-
 rum, ut earum quamlibet, ab Hispania aduenien-
 tibus in regnum Proregib⁹, multoties, veluti
 in regium hospitium destinauerint; nunc ediculas
 adnectemus, ad vñm, commoditatēmque potius,
 quam ad magnificantiam positas: quippe versus
 collis extremum collocatas, & ab urbe remotas,
 ijs nobilium ordines non adeo vtuntur, vt suprà
 notatis: eas itaque ædes, quas diximus dellî Spi-
 nelli, post spatium passuum 120. domus subse-
 quitur di D. Geronima Colonna ac post passus 50.
 alia posita est, quæ dicitur di Tramontano; post
 quam, interecto freto passuum 80. imperfectum
 succedit ædificium, quod dicitur la casa di Martino;
 huic, maris intercurrente prius sīnu pas-
 sum 70. aliud succedit, quod vocant lo Ristoro;
 aliquaque post sīnum, passuum ferè 300 domus
 occurruunt, quas plurimi propter aure lenitudinem
 faciunt, easque indigitant le case di Passaro; à
 quibus interalloc emenso, passuum 150. templum
 di S. Maria della gratia cum Cœnobio, quod
 Estate à religiosis viris ordinis Diui Hieronymi
 frequentantur, sicut erecta; hinc recta incedenti
 linea per scopulum, spatio passuum 150. ædes
 erectæ occurruunt di Mazzella; quibus paulò post

in montis angulo, vbi dicitur *la punta di Posillipo*, aliæ succedunt domus, quas appellant *del Duca di Caiuano*. Ab hoc montis angulo, non amplius in Austrum Pausilypi litus protenditur; sed Occidentem versus reclinat, ac post spatium passuum 220. eminentes in cliuo visuntur ædes *del Marchese della Terza*, atque hinc etenso interualllo passuum ferè 250. domus occurrit, in littore posita, quam subter, per incisum scopulum, totam permeat vnda, eam tamen non adeò frequentant licet amoenissimam, ob horrenda spectacula, quæ aliquando quorundam animos percussisse ferunt, ac propterea vulgo dicitur *la Casella dello Spiriti*; cui ædificio post interuallum passuum ferè 100. succedit *la Caiola*, Siue vndique rimosum Euplææ, vel Doritidis Veneris templum, quam falsè insulam pronunciauit Chuverius: fuit quidem geniale Græcis patrio, ac superstitioso more, in promontiorum extremis votiuum nautis pro felici reditu fanum excitare; eius hactenus vestigia apparent, & quasi theatrum constituentia, vasta conspicuntur fundamenta, quæ falsè hodie à prætereuntibus nautis pro *la Scuola di Virgilio* ostenduntur. Celebre fuit apud antiquos, & templum, & locus, vnde Statius. *Inde vagis omen felix Euplæa carinis.*

Syluar. lib. 2. Et alibi:

Et placidus Limon, numenque Euplæa carinis.

Neque extincta apud recentiores nominis memoria habemus enim apud Sannazarium nostrum hæc carmina.

Pax

Pausilypus totidem vitreis Euplæa sub vndis.

Seruat adhuc plures Nesi mihi seruat echinos.

*Et Io. Iouianus Pontanus, ficta, Euplæa in
puellam, metamorphosi, dulci hoc carmine
lufit.* tumul.
lib. 2.

*Hic Euplea vagor tumulo sone, me maris vnda
Ejicit, & sedes hei mihi terra negat.*

*Nunc misera affligor scopulis, nunc obruor alga,
Nec recipit tellus, nec mare, nec scopuli.*

Aere iactamur, rapidis iactamur ab auris;

Nec mihi sunt sedes, nec loca certa mihi.

*Nulla quies umbræ misere, nullusque receptus,
Non nebulæ, non me nubila nigra regunt.*

Iactor in incertum, fessis Euplea carinis

Explosa, & nautis, hei mihi, quid reliquum?

*Sit modus ò Euplea, tuus te portus, & ipsum
Accipiet littus, terraque amica tibi.*

Et dabit inferias coniux, cineremque piabit,

Et cineri, & tumulo debita persoluet.

Interea tibi dant lacrimas Eulpea carinæ,

Litoraque ipsa suis moesta sonant numeris,

Flebileque ad tumulum vates canit, & tibi carmen

Dedicat, ò felix umbra, & amica vale.

*Inter hoc Euplæa templum, & Nesidem, que,
dum ab Euplæa cauernulis eximus, venit in pro-
spectum; in sinum passuum ferè 200. curuatur
Pausilypum, tantaque repenti, hirtaque altitudi-
ne ab vndis se exerit, vt veluti superbire fronte,
cæloque minitari creditur: luxuriauit fanè sem-
per summa in hoc monte sagacitate natura, vt vn-
dique redderet illum beatum: quippe sublimis
huius*

huius arginis Australibus, Occidentalibusq; ven-
sontibusque Phlegre Cumē fumis, adeò situs op-
portunitate resistit, vt Orientalis sui limbi incole
placido, salubriquo ethere perennè recreentur me-
mīt huius loci, quem falsò insulam Cluverius
pronunciat, Statius Papinius sub nomine *Limonis*
illis versibus.

*Spiraque, quæ fixam pelago Nefida coronat,
Et placidas Limon, numenque Euplecta carinis.*

Et cum idem locus sit Sarrento oppositus, il-
lumque recta linea respiciat, eidem fuit Papino,
occasis alterius caramanis, Pollij Surrentum exten-
lenti.

*syl.lib. Et Domino contra recubante, proculque,
3.carm. Surrentina tunc spectas prætoria Lemon.*

2. Est apud incolas nunc loci nomen *Cornoglio*,
cui piaga succedit, vbi Balneola sunt, vulgo li
Bagnuoli, qua in parte usque ad exitum crypte
horridum, acclite, & repens est Paufilypi ter-
gum; sed ne vietè prosequamur nos vocat pul-
cherrima Nesis, ad quam antequam accedamus,
vt (sicut fertilitas) habeant quoque Campani Paufilypi
supra enarrata solertia Poloniense elogium
memorati Resci, ad eundem Socolouium scriben-
tis de re, sublimis verba.

*In hac zonen (loquitur de Neapoli) omnino
terram abundantia mirum est, quām bene morator
venires gerant istius celi populi: Septius hic Nephel-
lia, quam Dionysia celebrantur: Edunt, et vivunt,
non vivunt, vi edunt; nisi, quod ardente quandoq;
sole, trentaque Leone, ad piscofor Paufilypin adicea,*


fine

sine Rege concivij ad talorum iactum creato, sine
cene, triclinijque magistris, sine structoribus, po-
tendique Modiperatoribus non curantes, ut Iu-
nalis loquitur.


Quo gestu lepores, & quo gallina fecetur.

Sub vesperam littoratur: non undarum, & cal-
ororum causa, ut Plutarcus habet, non rati legumi-
na, vel capparum obsonentur; aut fluctus numerent;
sed, quod recentium pescium effluentia mensa re-
dundet littore; sub ipsa quispe sedecula modo non
delabat pesces copiatus, qui in cornu manu mor-
tui, postquam oculos natando, & palpitando sa-
tiauerint, e mari transferuntur in mensam Vinum
è colo Geticis pleno pruinis petitur. Lacrymaque
sepulris parentatur, non Saturni, quam esse Poete
mare volunt; sed Vesuuij, cuius liquor Entheata
facit pectora vatum; quemque in partibus suis Ba-
taeus ille non planxisse planxit. Ibi Palamedes
causam dicere cogitur, cur aqua vinum vitiare do-
cuerit. Ibi in controversiam vocatur Archipone-
standum sit, qui Ioan Ioan par pari lympham meri
miscuit. An Alexidi, qui quatuor vini partiibus
unam addidit aquæ. An Diocli, qui quatuor vini
partibus duas aquæ. An Nicocharidi, qui duas
aque quinque meri partiibus. An Anacreonti, qui
quinque meri ciathis duos addidit aquæ. Menan-
tri certè sententia omnium calculis reprobatur, qui
tribus aquæ partiibus unam iubet addere vini
Toposolav porrò idem esse statuerit, ac d. Baccho
Liberoque e nosdormav si gkaias saceffunt. Ibi
sextantem vnum, triuncem aliu, postulat deu-
sem.

sem. Non deerit, qui & haeminam plenosque petat puri meri cantaros: Sunt, qui istis porandi modis operatoribus, tot sumenda pocula putant, quo dixi sibi sunt in manu: alij quot amici, alij quot Principis sui nomen litteras in se continent. Alij, quoniam cuique charissimo vita precantur annos. Non desunt, qui placulum putant, haustus numeratos sumere. Sitim sibi faciunt occidentes. Bene nos, bene vos, bene me, bene te, bene valere, iubemus, amicos. Saeppe, & Psallocitharisæ cinædicas suas tremulo ad littus, reddunt cantiones gutture, Vino pro veteri, nouas.



THER.



TERMOLOGIAE ARAGONIAE NESI S.

ESIS, atque Nesiū Latinis, incolis vernaculo idiomate *Nisida*, insula est littori *delli Bagnuoli*, inter Pausilypi radices & Olibani montis, posito, opposita mari, quo placidissimè alluitur, à continentis dispicitur per passus ferè mille; minaci præruptaque Pausilypi fronti *di Coruoglio* proximior, indeque quasi diuulsam crederes, ob interiacentes editi, breuisque scopuli superstites reliquias, qui *Copino* vulgo dicitur, silentio haud pretereundus, ob id, quod in eo hominum industria finxit; locus erat commessationibus destinatus; propterè *Carpona* quondam dictus, vndè *Copino*. Scopulus longitudine, qua *Nesidem* versus extenditur, ferro pertusus conspicitur, representatqu
F for-

fornicē longitudinis passū 50, latitudinis trium, profunditatis duorum, cui ab uno, alteroque extremo expeditus est pelago aditus, & ex uno, alteroque latere per excita foramina lumini ingressus; paruā carina hinc indē subuehi quisque potest. Lucij Luculli creditur opus; ex eo, quia illi geniale erat, piscium viuarijs destinatum; nunc ab Ciuitate Neapolitana, constructo super scopulum edificio, purgandis mercibus hoc ad mare appellantibus, contagio suspectis, opportuno; communiter dicitur *lo Purgaturo*. Huic scopulo profundum pelagus, fabrefactis pilis sub vnda latentibus, interruptum, succedit per passus 300. post quod celeerrima *Nesis* emergit ingenti, prēruptaque vndique altitudine, nisi quantum hominum industria excisa rupe ea parte, qua Pausilypum respicit, humilior eius factus est clius, edificiorum Colonia nunc exornatus; insulæ ambitus perfectum ferè circulum representat, tantæ elegantiæ; vt non facilè ab ea prospicienda oculos auerteres; eius rotunditatis amplitudinem passuum ferè bis mille complectitur; rupe Orientali, sicut, & Occidentali passuum 30. è mare emergit, tantumq; sub ipso mergitur; parte Septentrionali, neque tam preceps, neq; editus clius; sed natura, & arte remissior: breuem hinc habet portum, recenter fabrefactum, interiectumque inter ipsum, & littus, mare, ingentibus pilis sub vnda gliscentibus, magni alicuius quondam tentati operis fundamentis, interruptum ostendit; ubi verò Austrum respicit intrà insulæ ambitum,

ada-

ad apertam voraginem intueris, in quam per angustas fauces expeditus est pelago ingressus; tutum placidumque exacti circuli figuræ efficit portum, diametri passuum ferè quinquaginta, primo intuitu illum artis crederes opus; at semicircularis cliuus, mare propè angustior, ac dum in insulæ culmen progreditur congruenter amplior; ita, ut in diametrum passuum ferè bis centum dilatetur, incendij potius subterranei ob impetum rem euenisse, coniiciendum suadet, quod annue re videtur Lucanus.

lib. 5.

tali spiramine Nefis

*Emitit Stygium nebulosis aera saxis,
Antraque lethiferi rabiem Typhonis anhelant;
Inde labant populi, &c.*

Confirmatque Statius.

inde malignum

Syl. lib.

Aera respirat pelago circumflua Nefis.

z. Car.

Quomodocumq; se res habuerit; sufficiat nunc, insulam hac voragine pretereuntibus tutum perfugium præbere carinis, insignitusque est nomine locus *di Porto Pauone*; forte, quia expansæ paunis caudæ figuram repræsentat.

Fuere, qui crediderunt, re exactè non explorata, hanc Nefidis insulam Paufilypi continentis fuisse quondam continuam, ac motu terræ ignium eruptione, hominum industria, vel maris æstu à promontorio disiunctam, difiectamque nunc vnde circumcingi, quod situs dispositione, *Purgatori interiectione*, distantieque breuitate verisimile existimari facile poterat, roborata fide Strabo.

F 2

nis

nis, & Plinij traditione, qui Prochytam, Pythecusas, Siciliam, Cyprum, Euboeam, Macriam, Belbicum, Leucosiam à copulata cum ipsis continenti diuulas perhibent, deque Nefide singulariter hęc Filomatus habet.

in itine. Post hanc asparagis plenam Nefida videsmus
Pars hęc Paufilypī, quondam maris insula nunc est;
Multus ibi seruat furtiuā Cuniculus antra,
Antra Typhoeas quondam spirantia fumos,
Et circa Eumenidum nebuloso tristia luco.

Hinc fortè occasio exorta poetis, nouas texendi fabellas; Nefidem enim nympham fuisse suadent, quam Paufilypus agrestis vinitor medullitus exarsisset; vnde Iacobus Sannazarius sub Actij Sinceri nomine de ea sic cecinit.

*Te quoque formosae captum Nefidis amore
Paufilypo irato compellat ab æquore quæstu.
Et alibi.*

*To idem vitreis Euplæa sub vndis
Seruat adhuc plures, Nefis mihi seruat Echinos.*

Idemque poeta alibi musa sic cecinit noua.
*Dimmi Nefida mia, così non sentano
Le riue tue giamaï cruciata Dorida,
Ne Paufilypo in te venir consentano.
Non ti vidd'io poc'anzi herbosa, e florida,
Habitata da lepri, e da cuniculi?
Non ti vegg'hor più ch'altra incolta, e'rrida.
Non veggio i tuoi recessi, e i diuerticuli
Tutti cangiati, e freddi quelli scopuli,
Done tempraua Amor suoi ardenti spiculi?
Actijq; Amici genio lusit sic quoq; i'ontanus.*

Illu-

*Illum Nisa tenet deserti ad littoris algam
Nigra genu, croceisque genis, & lumine glauco.
Subdimus, & alius ebrium carmen.
Hò del Colle, ch' amo Nisida, e l'Aura
Izuccari fumanii, e l'ambre aliere,
Di possente Falerno armo il bicchiere,
E d'Ischia il mosto il calice m'inaura.*

Prolixius tamen fabulam expressit suauissimo carmine, omnique lepore referto Berardinus Rota; dulcissimus iste Poeta cum Pausilypi montis vinum, cui *lacrima* vulgo nomen est, ad Rodulphum Pium Cardinalem, Romæ degentem mitteret, quam hic Subdo Elegiam, Comitem addidit.

O quem Roma vocat meritò decus Urbis, & Orbis lib. 3. o.
Quem vocat humani delicias generis; leg. 10.

Cui iam templa, aras ponit quo Principe magna.

*Concipit, & supplex vota, precesque parat;
En tibi Pausilypi lacrymæ, quas fudit ad undas,
Dum fugiens Nesis vertitur in scopulum.*

*Tu cape (parua licet) magni sunt pignora voti,
Sive leges lacrymas, sive bibes lacrymas.*

Forte sub umbrosa cantabat vinitor ulma

Pausilypus: domino spem dabat una suo.

*Iamque arbusta, lacus, utres, & prela sinebant
Calcar i immundo feruida musta pede.*

Nesis Nympha olim felicis gloria collis

Optatus iuueni, dulcis, & ardor erat.

Vinitor hæc blandis iactabat verba querelis,

Quæ poterant quercus flectere, saxa, feras.

Huc propera, o Nesis, Nesis dulcissima cura,

En volat ad te animus, deserit en me animus.
 Est procul à nobis Campana licentia fandi,
 Indigna obscenis casta puella iocis.
 Quò vocat Autumnus, quo te vocat ipse Lyæus
 Nympha veni: non sum, qui tibi damna parem.
 Dispeream, caris oculis ni carior ipsa es,
 Ni matura tua dulcior ipsa mihi es.
 Ecquis tam senus, placidam, qui turbet amicam?
 Ecquis erit, qui te ledere vita velit?
 Sordidus haud ego sum, media, sed natus in urbe,
 Qui videar, pes est testis, ipsa manus.
 Rustica non facies, non barba est vuida musto,
 Non mihi pes est, non fece perunta manus.
 Hic tibi frondentes texunt umbracula vires,
 Hic ulmus virides pandit opaca comas,
 Hic mulcere potes iucundo lumina somno,
 Lumina, quæ memet surripuere mihi.
 At vereor, somnus ne, dum blanditur ocellis,
 Detineat dein captus amore tuo.
 Ipse, & odoratis componam ferta racemis,
 Qualia non Indo Bacchus ab orbe tulit:
 Quæs vitare æstus poteris, quæs cingere crines,
 Ah crines vitæ retia Cara meq.
 Depictas soleas palea, textumque galerum
 Seruaui, illum rute, has & ab urbe tuli
 Quin tibi meq; ipsum seruaui: num dare maius
 Quis valer? & plura his te quoque dona manent.
 Pausilypus tuus est totus, vindemia tota est:
 Non ego, non sine te vinere, & esse velim.
 Huc propera, ò Nefis: quæ te nanc invida nobis
 Otia, quæ choreg, qui retinentue chor?

Num

Num me fastidis tenuem num spernis amantem?
 Cui sit villa parens, & tibi villa parens.
 Et si non diues, tamen est mihi vinea villa
 Proxima: dat Græcum, dat Latiumque merum.
 Quæ benè culta nitet fœcunda septa labrusca,
 Implet, & ipsa meri quatuor una cados.
 Illa aderat latitans post sepem, dumq; pedem fert,
 Arguto sepes obstrepet icta pede.
 Sensit adesse miser: sequitur fugit illa propinquum
 Ad litus, sueto non benè tuta loco.
 Atque ait: O Nymphæ facili succurrite dextra:
 Inter Nereidas culta Diana quoque est.
 Sic illa, exiliens medias euadit in undas,
 Tum uersa in scopulum protinus obriguit.
 Protinus obriguit, poterant hoc numina, & ultra
 Ut saxum, atque uno tempore Nympha fuit.
 Hæsit amans, monstrumq; horret, nec plura locutus
 Heutotus dulces liquitur in lacrymas.
 Flerunt Nereides, sociam fleuere Napeæ,
 Est sylvis pietas, est pelago, & pietas.
 Tuncque Dicarchæi dederunt suspiria colles:
 Ex illo semper sulphure flagrat ager.
 Gaiola vicina fleuit, lacrymasque dedere
 Mergellina suas, Antiniana suas.
 Nec non ipsa uelut uenturi prescia fati
 Uberius lacrymas spargis, & Ægla tuas.
 Ægla, olim ad numeros, que responsare solebas
 Piscantium, sed nunc non nisi flere tuum est.
 Et sat erat seruasse tuos ad funera fletus,
 Que scribenda meus morte reliquit amor.
 Verum ille, ut uidit mutato corpore Nympham,

Vidit, & infelix, nec sibi credit amans;
In mare præcipitem sese demittere tentat,
Caro etiam sperans posse frui scopulo.
Sed Bacchi pietate (canat quis mira Deorum?)
In vitem, hærebat cui modo, versus abit.
Quæ nunc mæsta etiæ illacrymat, quæ cortice manat,
Heu memor exitiū tempus in omne sui.

Verum exactius re trutinata, propositæ sententiæ inhærere minime potui; primo, quia apud Ciceronem, ceterosque veteres Latinos scriptores, receptum quondam à Græcis nomen, insula retinuit sic enim ille scribebat in philippicis *Ad huc ipsis ludorum diebus viuebam in Insula clarissimi adolescentis Luculli propinquiuī*, unde etiam habemus

lib. 16. Nesidem Lucullianæ domus fuisse villam, & ad
 epis. 17. Atticum. Bruto tuæ literæ gratæ erant; fui enim
 apud illum multas horas in Nesiide, cum paulo am-
 ibidem. te tuas literas accepisse. Et alibi. Hęc ego conde-
 epis. 3. scendens è Pompeiano tribus actuariolis decem scab-
 mis Brutus erat in Nesiide, etiam nunc Neapolii
 Cassius. Quod coniecturæ dat locum, primo ad
 has oras Græcarum coloniarum appulsi, insulam
 fuisse Nesiudem, atque non carere mysterio, super-
 stitiosos illos populos, nomen omnibus scopulis,
 quos circum mare fluit, commune, huiusvnius tan-
 tum efficisse proprium; constat itaque ex ea, quæ
 apud nos viget rerum Italicarum memoria, Nesi-
 dem semper fuisse insulam, non secus, ac insulam
 semper designauerat Nesis, ac si Plinij æuo, qui in-
 sulæ nomen illi tribuit, de abscessu à Pausilypo
 Nesiide fuisse fama vagata, certè ille in adducto
 su-

suprà loco, vbi singulatim insulas enumerat, à continenti quondam abscissas; non sècus, ac de proxima Pytecusarum insula pronunciauit, de Nefide pronunciaslet.

Secundò cum *Purgaturi* scopulus ansam dederit aliquibus credendi Nefidem aliquando fuisse Pausilypi partem, quę per dictum *Purgaturi* scopulum erat illi continua, proderit animaduertere quod mare inter ipsum scopulum, & Nefidem, fluens in latitudine passuum ferè centum, profunditatem habet trium, quatuorue passuum; ea verò parte qua scopulus in Pausilypum elongatur intercurrens mare vix quatuor, aut quinq; pedes profunditatis complet, quod dat coniecturæ locum. *Purgaturi* scopulum rupem aliquando fuisse Pausilypi, sed nullo modo Nefidem, à qua in scopulum, tantum abest ut in illo euripo abruptio*nis* vestigia cernantur, ut in illo interuallo iactis molibus fuerit olim arte, quod natura negauerat, tentatum. Nec quicquam veri pronunciant, autumantes geniali Lucij Luculli cupidine, perrupto scopuli isthmo, fuisse pelago dirempta repagula, quibus Nefidem circumfluere prohibebatur; cum id Neapoli; vbi nunc *il Castello dell'Ono*, Castrum Lucullanum olim, mari cminet, quondam euenis sit traditum, vbi Varronis, quæ supra retulimus verba applicanda, non autem hic in Pausilypo: nomen quippe erat scopiulo apud Græcos *Megatis*, siue *Megalia* à Megala, siue Megara Herculis uxore, dicto, vnde Plinius.

Inter Pausilypum, & Neapolim, Megaris.

lib. 6. c.

6.

At-

Sylu. li. Atque Statius.

2. *Queque ferit curuos exerta Megalia fluctus.*

Saxo deindè à Lucio Lucullo, exciso, Lucullanae Arcis apud scriptores appellationem retinuit, atque nunc retinet. Credo equidem eiuscera-
nem *Purgaturi* scopuli opus fuisse Luculli; qui
Nesidis Dominus fuit: verum fornix ille eo fuit
ordine dispositus, ut à continenti ad Nesidem
tenderet, non autem, ut mare Occidentale cum
Orientali coniungeret, insulamq; Nesidem à Me-
ridie relinqueret.

Deducitur tertio ex saxy diuersitate, atque ex
ijs, quæ in Neside, & Pausilypo diuersa apparent:
etenim præterquamquod durior est Nesidis, quam
Pausilypi scopulus, huius pumiceus, illiusque scis-
silis, Nesis quondam suo Vulcano non caruit, sub-
terraneis incendijs, sulphureisque effluuijs, vt su-
pra de portu *Panone* ex Tatio deduximus; & nunc
viciq; obseruanti sunt obuia in parte insule. Oc-
cidentali furentis quoddam incendij vestigia: quip-
pè à Septentrione Meridiem versus viginti supra
maris planitem pedibus, trium pedum latitudi-
nis solea per insulæ saxum intercurrit, quæ nigro-
rum lapidum acerium, sulphure concremato-
rum, eoque redolentium ostendit. Subterraneos
hosce Vulcanos in Pausilypo exarsisse, non est
adhuc memoriae proditum, nec in eis tractu ali-
quo monemur incendij signo; cum locorum di-
positio ad illud auertendum concurat; lacus enim
Agnani, & balneolorum ager planus, & humilis
inter Vulcani forum, & Pausilypum positi, sub-
ter-

terraneis ignitis effluuijs effluxum adeo facilem prestant, ut eorum in aera dissipatorum sit tantum spectator Pausilypum, non autem conseruator; hinc balneorum venæ quæ propè radices Occidentalis Pausilypi fluunt, vix tepidæ, ferèque frigidæ experiuntur; ut nō præteream Pausilypi pumiceum molleque saxum, nil commune cum eo Olibani montis, omnium durissimo, habere, quod ex utriusque è centro terræ distincta emergent linea, effici, nemo est, qui in dubium vertat, id quod trepidantis Neapolis securitati inter fumidum Vulcani Forum, ingiferumque Vesuum, posse, non parum conducit.

Nesis ergo Occidentali sui parte, qua Puteolos respicit, ac humiliori alluitur vnda, cum Olibano monte subter mare communicat, cum quo sulphureū ignium commercia intercedebant; ab eius planicie Thyrreni maris cratera vndique conspicitur; præter inflexum inter Megarim, & Pausilypum sinum. Marci Tullij Ciceronis temporibus Nesidem incolebant non paruæ noræ viri, ut ipse met testatur adductis suprà verbis. Quod etiam aliquorum vetustissimorum edificiorum ruderibus illorum seculorum texturæ modum seruantibus, quæ in insula conspicuntur, confirmari vltro potest; nec reticendum, quod culturæ occasione, dum tellus ligone excavatur, aliquæ inueniuntur tumulatorum cinerum, integrorumq; cadaverum arcæ, fictiliū vasorum varietate, ac multitudine repletæ, gladijsque, quos vidimus rubigine consumptos, alijsque armis, decoratæ.

Credo equidem nemorosam tunc Nesidem , vt eo annuit Statius carmine .

Sylva que, quæ fixam pelago Nesida coronat.
rara inter suas umbras , & ad paucorum delicias tunc habuisse edificia .

Minime quidem temerè suprà Lucani adducta carmina , & Statij interpretantibus , nostræque amoenissimæ Nesidi malignum , pestilensque calam tribuentibus , aliqua est adhibenda fides ; cum apud notatos Poetas carmina nilsonent , præter subterranei Vulcani eruptionem , quæ aliquando Nesidi accidit , quod apertissimè ostendunt Lucani versus .

tali spiramine Nesis .

*Emittit Stygium nebulosis aera saxis ,
Antraque lethiferi rabiem Typhonis anhelant ,
Inde labant populi , cæloque paratior unda
Omne pati virus durauit viscera cœno .*

Atque hoc disertè magis de Vesuvianis eruptionibus facile concinere cuicunque poetarum foret ; attamen Vesuuij , neque malignum , neque pestilens experimur aer .

Celebris fuit ob asparagorum fertilitatem Nesis , & excellentiam , quod sequentibus verbis notauit Plinius ; cum *quod asparagum , Quod in Nesi*
sive Campaniæ insula sponte nascitur , longè opti-
mum exstimator , scribat .

Neque hodie illis caret ; sed ubi inculta est , frequenti asparago viret : ferax ubique quoque semper cunicularum fuit ; eoque in diem eorum fecunditate completur ; vt in tam breui insula circulo

tulo data multoties omnibus venandi libertate, omnes cuniculos perdere numquam fuit hactenus possibile. quod etiam apud Atenæum notatum legimus ijs verbis. *Multos quoque nos vidimus cum Neapolim à Dicearchia nauigaremus in Insula à terra parum diffusa, que ad extremam Dicearchie partem iacens, hominibus paruis (legendum puto paucis) incolitur, & his abundat cuniculis.* Ob accuratam nunc Insulæ præsentis Domini vigilantiam, præter res notatas, excellentis est quoq; olei, & vini, ne dicam fructuum omnium insula ferax: mare quo circum alluitur, quod est suæ iurisdictionis, piscofissimum est; vnde singulari industria Præsidentis Altuti Moderatoris est insulæ census adauctus: quippe per adaptatas sub vndis insidias ingentis magnitudinis thynni, in venatoria veluti septa adducti, ferro cateruatim exanimantur, quorum mercatus lucri præstat non parum. Apud Bedam notata reperiuntur hec verba. *Nefidanū Monasteriū, haud procul Neapoli Campaniæ de quo Monasterio nihil aliunde constat.*

Est sane memorabile quod Neapolitanum hoc Regnum in seditioso pelago naufragum, in parua hac insula tranquillum, pacutumq; inuenerit portum; Etenim anno quadragesimo septimo Currens Seculi, cum malignum aliquod astrum Neapolitanii Regni inuideret felicitati, Piebcorum animos eò concitauerat, vt cum illis non fuisset satis in Nobiles, Regnique Primates sub plebeis ductoribus truculenta sevissime rabie: insano furore percitti in Augustissimum iustissimumque Austriacum

con-

conspirauere Monarcam , vt illum tanto Regno priuarent; in hac patranda perfidia, cum suis non fiderent, Henricum de Lorena Ducem Ghisiū sibi asciuere , cui plenissimam concessre potellatrem; Hic Regnum, quod illi sors obtulerat, affectare cepit, totisq*incumbebat viribus ut Hispanos ab Urbe expelleret*, quod appulsi classis Regis Gallorum, quam iam soluerant, esse sine dubio obtenturum Plebi pollicebatur; Interea Nesiā parvū rusticorum manu pro plebe occupabatur, aduentusque Classis præcurrebat rumor, cui, cum Nesiā portum occupare, liberum esset, maximo Hispanorum detimento ; Comes de Ognatte Prorex trimem ad Nesiā misit cum militum cohorte, qui, fugatis ab insula rusticis, eam in custodiā recēpere. Id cum persensisset Ghisiū , siue quod suis finibus mulcum interesset Nesiā in suam redigere potestatē: siue quod hispanos nihil audere posse crederet, sequentibus eum armatorum copijs, præcedentibusque bombardis , Vrbem inermem reliquit, & in Pausilypī supercilium petijt, ut inde Nesiā expugnaret; Comes de Ognatte, Ghisiū imprudenti audita deliberatione, vt eum, ad persistendum in ea, vltierius stimularet: triremes à portu soluere iussit , vt pigro remigio circa Nesiā oberrarent. Interea ipse occasione suscepit sequentibus eum nobilium ordinibus, militumq*cohortibus, Plebeiorum argines, quibus Hispanos occulserant, nemine resistente, superat, à Neapolitanis pacifice recipitur, totamque Vrbem per anni ferè cursum seditiosè tumultuantē, breui horē spatio*

tio in Regis redigit potestatem, & pristinæ tranquillitati restituit. Ghisius ab omnibus relicitus a fugit, & prope Capuam in Regionum militum manus incidit, & per aliquod tempus carcere detentus, tandem à Regia munificentia obtinuit libertatem; ita Nefis Regi restituit Regnum, Regno pacem, Ghisio, post recuperatam libertatem, pristinam paupertatem, & errores: Seditiosis Crucem malam.

Fuit olim Nefis sub Piccolomineis Amalphienium ducibus dominio, quod de inde in Scilæ Principes transiit; ab his in potestate Vrbis Neapolis deuenit, quæ insulam Conchæ Principi concessit, iterumque in ciudem Vrbis Dominium fuit recepta, posseditq; illam demum nobilis Macedoniorum familia. Nunc nostris diebus Nefis ius feudi acquisiuit, quod cum suis priuilegijs in Ioannem Dominicum Astutum Regio ærario Præsidentem collatum est; Vir prudentiæ iuris sumimè peritus, ac rerum agendarum promptitudine donatus; hic magnis assuetus rebus, ut exiguā Nefidem Genij amplitudini conformem efficeret, nil hactenus prætermisit; etenim insulam ex agresti, nemorosaque sylua, hominum commercio imperuia, tutaq; solum cuniculis ad cultissima pomaria excoluit, fructuum varietate, & excellentia Hesperidum hortis comparanda; Arcem, in Nefidis culmine ab Amalfiensibus ducibus Piccolomineis quondam miro ædificij ordine, constructam, inhiantem iam; ferèque collapsam, pristinæ magnificantiæ, ordinique restituit, hospitando Regem

gem haud imparem , illique viam adiunxit, qua-
licet repenti cliuo, à littore eò placidissimè ascen-
ditur . A parte Australi circum Pauonis portus
argines, non pauca ædificia erexit , piscinas exca-
uauit , fontes aperuit , complanatis tumulis am-
plas excidit semitas; ita , vt nunc ibi insula, habi-
tantibus frequens , nil suo Orientali littori inui-
deat; iamque coloniam deduxit , arginibus explo-
sis vndis, instituto hospitio, multiplicatis ædificijs,
additis munimentis , erecto templo , in quo assi-
dua Sacerdotis permanzione quotidie Sacra fiunt
quò per mobilem pontem est aditus , supraque
illius ianuam hæc in marmore carmina legun-
tur .


*Nauita siste ratem, temonem, velaque fige;
Meta laborum hic est, grata quies animi.*

P.P.A.D.M.D.LXI.

Addidit , & bomborum numerum in loci de-
fensionem , conspicuo iam oppido superbien-
tis , quod haud augeri desinet , si quam Vir Ma-
gnus souet in mente ideam in opus deducat ,
scilicet , vt iactis in mari molibus viisque ad *Purga-*
turi scopulum , à continenti in insulam aggeratum
iter pateat euntibus .

Hæc de Neside , quam postremo celebrem red-
didit vir Doctus Dominicus Antonius Iordanus
vernaculo idiomate de ea elucubrato opusculo sub
titulo *l'Isola di Neside* quod legere neminem
poenitebit.

THER-



THERMOLOGIAE ARAGONIÆ BALNEOLORVM AGER.

Neside, si in continentem tellurem septentrionem versus oculorum aciem dirigas, non sine delectatione amplam intueberis planitiem, quæ, à frequentibus thermalium aquarum scatebris in litore manantibus vernacula voce appellatur *li Bagnuoli*. Hæc planities ab Austro in septentrationem per duo milia passuum extenditur, ac spatio non minori ab Oriente in Occidentem dilatatur; ab Austro litora terminatur, in reliquo verò ambitu exertis cingitur collum iugis: quippe ab Oriente, à Nesidis mare vique in exitum cryptæ, illi Pausilypum eminet; ab exitu cryptæ, à quo septenrionem versus Pausilypi nomen in Antinianum, vulgo *Anitgnano* mutatur, repentibus eius, continuisque tergoribus veluti muro sepitur, nam *Antinianum Occa-*

G

sum

sum versus flectitur, & super *Agnani* lacum altissima rupe, in cuius culmine Camaldulensium nunc veneratur Eremus, indigenis Nazaret, desinit; hinc ipsi sui nominis etymon *ante Agnanum*; Quod locorum positionem non solum, verum etiam eorum proprietates denotat: quippe *Agnanum* grecum est nomen adulteratum à vulgo, quod in sua puritate erat *aria* tristitiam, molestiam, moerorem, doloremque designans: sed cum lœtitiam, placidam amoenitatem, animi Gaudium, & relaxationem experientur in opposito colle Græci, add ita præpositione *antianam* illum appellatuerunt: atq; non aliter Pausilypi nomen compositum fuisse reor. Antaniana igitur erit correcta collis pronunciatio, non autem Antoniana, ut quibusdam placuit, qui coniecerunt Antoniorum Romanæ quondam familiæ in eo colle fuisse villam. Collis est apud Iouinianum Pontanum per quam celebris, quem, carminum vi facta metamorphosi in Antinianam nympham, reddidit illustré; In amœniori huius collis parte, quæ Pausilypi mari imminet villam habuit Pontanus propriam, quæ ad Appiæ instar strata olim Puteolis per Antinianum Neapolim ducebat, adhuc alicubi superstes. Recolit nunc locum Vir nobilitate, & doctrina Illustris Jacobus Capicius Galeota Eques Sancti Iacobi, Dux Sancti Angeli, & in hoc Regno consiliarius à latere; excitatis enim ibi superbissimis ædibus, ornatis hortis, villisque exultis, solitarium illum tractum frequenti iam nobilitavit *Colonia*, obscuratumq; cultissimis suis Masis

sis, quarum commercio, quamvis Regni implicatus curis, s^epissimè gaudet, pristinæ celebritati restituit: vnde loci Camena^s à Pontani letho profunda^m oppresas lethargo, excire sic placuit.

Eia Sorores Antinianæ plaudite Musæ:

Pontani genium, nam Galeota fouet.

Antinianæ rupi, humiliores aliquantum Agnani lacus tumuli sunt continui, ad Austrum vergentes, qui lacum *Agnani*, & planitiam balneolorum, cuius nunc describimus fines, dirimunt; possidentur à religiosis Dominicanis viris, propterea à loci Colonis *le Colline di S. Domenico* indigitantur. hi tumuli, à parte lacus, in fēmicirculi figuram curuantur, à parte verò planitiei, respondenti conuexitate extuberant, ac sublimiori colli, quem *Monte Spino* appellant, iunguntur in via, quæ in *Agnani lacum* descendit; Collis iste *Spino* super australē lacus limbū frontem eleuat, Antinianæ oppositæ sibi rupis emulam, ac Occidentem versus in sterilem *Olibanum* degenerat; qua verò *Paulsilypum*, & Orientem respicit, leni, culto quo cliuo versus *Nesidis* mare in hanc nostram Balneolorum planitiam, & litus decrescit; huius planitiae, & collium, quibus cingitur, summa est fertilitas vini, segetum, omnisque fructuum generis; verum tamen est quod in plano perfectam matritatis suavitatem non acquirunt, propter solis Orientis defectum, quo, ob *Paulsili* eminentiam, quatuor, aut quinque horarum spatio priuantur, spissaque obruuntur nebula, e subiecta pingui tenebre fluente, quam etiam insalubrem experiuntur

coloni. Ager iste apud incolas triplici nomenclatura distinguitur; etenim pars quæ mare attingit dicitur *li Bagnuoli*, quæ verò Antiniano subiacet, ob lapidum fodinas, dicitur *Soccaro*; tertia inter has media, in quam cryptæ Neapolitanæ, supra descriptæ, aperiuntur fauces *fuora grotta* appellatur.

Neapoli itaque per cryptæ tenebras abeuntes Puteolos, vbi lucem recuperant Pagum ingrediuntur à rusticis frequentatum, qui à situ dicitur *Fuora grotta* ibi cryptæ via abit in triuium. Primo sinistrum Iter aperit, quod per Paesilypi montis radices ad litus propè *Purgaturi* scopulum ducit; procedit deinde recta, ac ab Ecclesia Parochiali, quæ in eius medio occurrit in nouum leuum, & antiquum dextrum dirimitur cursum. Ecclesiæ titulus est Sanctæ Mariæ gratiarum Puteolanç Dicecessis, quamuis Colonia, & locus Neapolitanæ sint ditionis. Ante Ecclesiæ plateam, erecta est marmorea moles, quæ à crypta venientiū ferit aspectum, ut gloriæ nominis Perafani de Ribera Alcalensium ducis, optimi olim Regni Proregis, concij fiant; in marmore enim, quod sublime tenet, sequentia leguntur.

PHILIPPO II. CATH. REGNANTE,
Perafanus Ribera Alcalæ Dux, Prorex,
Qui vias fecit ab Neapoli ad Brutios,
Ad Appulos, ad Samnites, ad Latinos; opere
Amplissimas: hanc quoq; viam, cliuis
Antea difficilem, arctam, interruptam;
Cum iter eius ad mare direxisset;
Vastaq; scopulorum immanitate Constrata
Nouam aperuisset, Puteolos
Multo breuiorem, perpetuam, illustrem,
Atque latam perduxit

M. D. LIX.

Latique huiusc marmoris in calce vtrinque
schedulæ adhuc marmoreæ sunt positæ, quæ hæc
habent.

Incerti authoris vetus Cuius opera pul-
antrum adeo illuminauit, cherrimæ viæ, eius
perfecitque, vt sit procul & prouidentia
dubio Perafanum tutissimæ.

Erit hic oportunum de viarum tum antiqua-
rum, cum nouarum, quæ ad hunc pertinent lo-
cum, diuersitate, aliquid tradere; discrepant enim
quodammodo aliqui, in ijs assignandis scriptores;
Cum Orbis Dominio potiretur Roma, eius Prin-
cipes viri, plusquam alias delicias, frequentabant
Baianas, qui vero negotiationibus, & mercaturis
vacabat, Puteolos cœlebre adibant Thyrreni maris
Emporium: his, quoties per mare licebat, ab Ostia
soluentibus felicior, commodior, breuiorque erat

ad Baias, & Puteolos appulsus; verum cum maris vicissitudinibus fidere non poterant, per Appiam viam, Roma per Minturnum, & Sinuessam, nunc *Rocca di Mondragone* Capuam usque, ab Appio Claudio silicibus stratam, ad ea loca perueniebat; cum enim à Sinuessa per Capuam eundi Puteolos longius esset iter, quam à Sinuessa per litus Thyrreni maris, licet arenæ lubricitate, & restagnantiū circa mare Saonis, Vulturni, & Clanij fluuiorum cœno infelicius, ut de eo Statuis cecinit.

Syl.li.4. Hic cœno populis vias grauatas,

*car. 3. Et Campos iter omne detinentes
Longos eximit ambitus, nouoque
Iniectu solidat graues arenas.*

Tamen, quia breuius, altioribus Republicæ lib. 23. temporibus frequentabatur, ut testis est Liuius ijs verbis *Sinuesse*, quo ad conueniendum diem edixerat, exercitu lustrato, transgressus *Vulturnum* flu- men, circa *Liternum Castra* posuit. idemque fuit

lib. 9.23 Ciceronis iter, quod in vna ex suis familiaribus epistolis commemorat. Huius itineris infelicitatem, opere humanis viribus impossibili, Nero Ce- sar auferre presumpsit, allectus spe inexhausti cuiusdam tesauri, qui ex Africano solo erui posse illi promittebatur: decreuerat enī ab Auerno lacu Ostia usque hominum labore, aperiri fossam, in quam immiso mari, veluti per imperturbabile stagnum,

cap. 31. omni tempore tuta, commodaque fuisset in Baianum nauigatio; huius stultitiae in eius vita Suetonius meminit, eamq; non reticuit Plinius, remaneruntque, ut haec tenus extant prope Cumas, vesti-

gia

gia irritæ spei vt Tacitus scripsit.

*Annal.
lib^o. 13.*

Domitianus verò in voluptatum illecebris Neroni haud absimilis, in hoc itinere restituendo prudentiori usus consilio, summam suo nomini gloriam comparauit; Appiæ enim viæ ubi per Sinuësam erat constrata, suam copulauit, illamq; per litus Liternū, Cumas, deinde Puteolos, & Neapolim similibus silicibus, & modo strata, produxit. Hanc Domitiani viam in suo itinerario singulari dimensione ita mensurauit per successuum locorum ordinem Antoninus.

Iter à Tarracina Neapolim. M.P. LXXXVII.

Sinuësam. M.P. XLIV.

Liternum. M.P. XXIV.

Cumas. M.P. VI.

Puteolos. M.P. III.

Neapolim. M.P. X.

Hac eadem via strata, non adeo frequentabatur Appia versus Capuam, vt Puteolos conduceret, ob longiorem circuitum, propterea mæstam illam finxit Statius adducto nuper loco.

Illic Appia se dolet relinqui.

Vbi ctiam quæ sequuntur habet carmina, tum Domitiani hanc viam à Massicis montibus incęptam, connotantia, tum solicitam curam, quam in ea perficienda Imperator souebat.

It longus medias fragor per urbes,

Atque Echo simul hinc, & inde fractum

Gauro Massicus vniuers remittit.

Miratur sonitum quieta Cyme,

Et Litterna palus, pigerque Sano.

*At flauum Caput humidumquè late
Crinem mollibus impeditus ulmis
Voltturnus leuat Ora.*

Eiusdemque carminis rithmo eiusdem vię utilitatem, commoditatemq; efferre non præterijt Statius ita.

*Hic quondam piger axe vectus uno
Nutabat Cruce pendula viator,
Rodebatque rotas maligna tellus,
Et plebs in medijs Laitina Campis
Horrebat mala nauigationis.
Nec Cursus agiles, sed impeditum
Tardabant iter orbitæ tacentes,
Dum pondus nimium quercus sub alta
Repit languida quadrupes statera.
At nunc quæ solidum diem terebat,
Horarum, via facta, vix duarum.
Non tensæ volucrum per astra pennæ,
Nec velocius ibitis carinæ.*

Domitiani ergo via, non Appia, à Sinuessa per litus Cumas ducebat, & à Cumis Puteolos, ni velint aliqui propter copulam cum Appia, & strūcturæ similitudinem, viam Domitianam, Appiam dicere.

A Puteolis deinde Neapolim iter prestatbat hæc via per Olibani montis iugum, descendebatque in radices collium lacus Agnani, siue S. Dominici, quos circuibat, & versus Antignani cliuum pergebat per sinistrum latus Ecclesiæ parochialis & fuora grotta, quam supra notauiimus, diciturque hodie *la via vecchia di Puzzuolo* cuius passim ha-
ctenus

etens cernuntur ad modum Appie strati silices .
Instauratores olim habuit hec via à Puteolis Nea-
polim Imperatores Neruam , et Traianum , vt ex lib. 2. 5.
quibusdam inscriptionibus à Capaccio in sua hi- 5.
storia Neapolitana relatis, constat; fallitur tamen
Capaccius, vt ante ipsum à vero aberrauit Sabelli-
cus in commentario super Suetonium in vita Ca-
lligolæ, Appiam, hanc viam existimantes, ut digni-
tatem illi adderent ex Statij authoritate, apud quæ
Regina viarum Appia dicitur , satis enim eius cap. 19.
dem Statij musa id supra demonstratum est ,
idemque alibi confirmat hic carminibus .
Syl.li. 2.
car. 2.
Syl.li. 4.
car. 4.

Curre per Euboicos non segnis epistola campos

Hac ingressa via, qua nobilis Appia crescit

In latus, & molles solidus premit ager arenas .

Verum posita distinctione inter Appiam , &
Domitiani viam , libenter fateor, quamlibet anti-
quam viam, silicibus ad Appie modum stratam,
Appiæ apud populos meruisse nomen .

Redeo nunc ad exitum cryptæ, vbi in erectæ
molis marmore nouam quandam viam Neapolii
Puteolos ducentem à Perafano Ribera adapertam,
legebamus . Optimi huius Proregis tempore via
Domitiani , quæ per iugum Olibani Neopolim
ducebat, iam disiecta, & perfracta erat, & latruncu-
lorum insidijs in collium recessibus subiecta , pro-
pterea in cryptæ exitu , vbi nunc est parochialis
Ecclesia, relictæ à dextris antiqua via Domitiani; à
sinistris nouam , planam , amplam, illustremque
aperuit Perafanus, quæ post protensum à se ramum
à dextris, in Agnani lacum ducentem, continua-
cit

est in Balneolorum litus vbi la Torre di meza via ad Oliuetanæ Religionis rituale domicilium; eandem deinde amplitudinem retinens per longum litus complanatis scopulis, miroque strato ponte Putteolos planissima pertingit, estque via, cuius in marmore memoriam legimus.

Est præterea notandum, quod tota huius agri Balneolorum planities humi è habet, respectu circumfeuntiū collium, solum, ita, vt eleuatiōri sui parte altitudine viginti palmorum plano maris emineat. pingui, rotundaq; tellure; cumq; Vulcanus sub adiacentibus montibus, clausus impetu furens, per impositā supra se molem erumpere nō possit, versus hanc planitem se se egerens, per humile eius solum effluit, fracescente eiusdem soli humore, in vaporem solicitato, indutus; ita quòquò versum planitem perfluens, eius aerem imbuit, reddens illum tum maturandis fructibus, tum animalium respirationi ineptum, & insalubre, quæ damna à Paulslypo monte non parum augentur, cum ferè ad metidiem usque Orientis solis radijs ab eius umbra planities priuetur, quod causam fuisse putat locum alioquin amoenum, mare, thermarumq; scatebris à natura dotatum, neque conspicua ædificia, neque incolas, præter rusticos haec tenus meruise: quamuis Blondus, quem sequutus est Cluverius, scripsiterit in huius agri medio, è regione lacus Agnani illam fuisse Lucij Luculli memorabilem villā cum piscina, Marcum Varronem, Plinius, & Plutarcum in Lucullo, sinistre interpretatus; Marci, Varronis traditionem iam supra explicitum.

plicuimus in Pausilypo; Plinius verò hæc de re
memorię prodidit. *Lucullus exciso etiam monte lib. 9. c.
iuxta Neapolim, maiore impendio quam Villam 54.
edificauerat, euripum, & maria admissit, qua de
causa Magnus Pompeius Xersem togatum eum ap-
pellabat; quadraginta millibus ipsius piscine, à
defuncto illo, veniere pisces.* Plinio conformem-
habemus Plutarcum, apud suum interpretem, hæc
habentem. *Quid de his operibus, quæ iuxta mare
circa Neapolim magnifice splendideque constructa
sunt, iudicandum arbitramur? ubi altiores profundis
fossis tumulos ipse susperderat; ubi maritimas aedes,
easque pulcherrimas, atque amplissimas edificarat?
ubi discursus maris piscoſosq; riuos ædibus, circum-
duxerat? quæ ſingula cum ſtōicus Tubero haud fa-
tisimirari potuiffet, Xersem eum ex togato homine
appellauit.* Quid quæſo argumenti habent horum
scriptorum traditiones, quod Lucullanum ædifi-
cium in litore balneolorum, in Pausilypo, vel iux-
ta cryptam Pausiliyi olim fuisse, infinuet? certe
nihil, cum particulæ illæ *iuxta Neapolim* apud
Plinium, & *Circa Neapolim* apud Plutarcum, &
ad Neapolim apud Varronem nullo modo litus
balneolorum, Pausilypum, vel Neapolitanam cry-
ptam designare poſſint; Hec enim loca, Luculli,
& Plinij temporibus, neque iuxta, neque circa,
neque ad Neapolim erant, licet nunc ita esse quo-
dammodo appareant; quippe Neapolis non ſolum
altioribus illis temporibus, ſed ſub Caroli primi
Andegauensis principatu, non ultra Oliuetano-
rum monaſterium, qui locus nunc eſt in vrbis me-
dio

dio versus Occasum suos extendebat ciuitatis fines, reliquum sub cliuo Sancti Erasmi, & in Echie iugo, qui nunc *Pizzo Falcone* appellatur, Sylua erat, & nemus in mare vsque: ita vt collis, qui Luculli quo, sua exerta fronte mare proscindebat iuxta, circa, & ad Neapolim, ille erat, quem *Megaram* ab Herculis vxore appellauere Græci, medius inter Pausilypum, & Neapolim; hunc à parte sinus Pausilypi in sinum Neapolis proscidit Lucullus, & Euripum, & maria, Orientale scilicet Neapolitanum, & Occidentale Pausilypi, in suas piscinas admisit, vt notauit Plinius, qui propter huiusmodi collis proscissionem à Lucullo factam, Megaram inter insulas Thyrreni maris enumera-

lib. 3.c. uit ijs verbis *Inter Pausilypū, & Neapolim Megaris.* Meminit etiam huius collis Statius Papinius in Syluis, vbi de Surrento Pollij habet.

lib. 2. *Inde vagis omen felix Euplea Carinis,*
Quæque ferit Curuos exerta Megalia fluctus
Angitur -----

Curuabantur quidem fluctus à protenso in mare collis fronte versus Pausilypi, & Neapolis sinus; verùtn an *Megaria* pro *Megalia* legendum sit, ansam dubitandi exhibet primò Liuius ijs verbis *M. Brutus ædem magnæ matris Deum in palatio dedicauit, & ludos ob eam dedicationem factos, Megalesia appellauit.* Deinde Cicero de Aruspicum responsis conformi traditione. *Quid de illis ludis loquar, quos in Palatio nostri maiores ante templum in ipso Matris magnæ conspectu Megalensibus fieri voluerunt, poterat enim in colle ma-*

gn:

gne matris Deorum erectum esse phanum , ante quod Megalenses celebrarentur ludi ; ac propterea rupis illa Megalia Statio dicta .

Ob sumptuosas diende Luculli piscinas , obque villam , & ædificia in quibus magnifice construendis vir ille impendio non pepercit , & profusissimus fuit , scopulus à continentè abscessus Lucullanus appellari cœpit , fuitque olim dictus , & nunc dicitur locus à rudi vulgo Neapolitano corrupta voce *Locugliano* . scopulus etiam iste *Santi Saluatoris* quondam denominatus fuit à Monasterio illius tituli ab Atanasio Neapolitano Episcopo , ibi ædificato , vt refert Capaccius , quod firmioribus deinde propugnaculis munitum , castrum nomen acquisiuit ; propterea à Friderico Secundo Imperatore , & à Carolo Primo , & Secundo Andegauensibus Castrum Saluatoris appellatum fuit , eratque locus vbi Neapolitani isti Reges suos seruabant tesauros ; fuit etiam per interualla Aragoniorum Regum demicilium ; nunc à figura Neapolitanis dicitur *Castello dell'Ovo* verum latinis scriptoribus semper Castrum Lucullanum , vt super eiusdem Castrum ianuam , quò per pontem , stratis in mari molibus , accedimus , hęc in marmore legimus .

110 *Thermologiae Aragoniae*
PHILIPPVS II. REX HISPANIARVM
Pontē à continenti ad lucullianas Arces,
Olim Austri fluctibus conquassatum
Nunc Saxis obicibus restaurauit,
Firmūq; reddidit. D: Ioan. zunica Prorege
Anno M.D.LXXXXV.

In Supercilio vero collis, qui à Luculli proscif-
fione in continenti remansit, aliquibus *Echia*,
plerisque *Pizzofalcone* dictus, Andreas Carrafa
villam conspicuis nobilitatam edibus excoluit, in-
quarū Ianuæ fronte extensem marmor hæc habet.

Andreas Carrafa Sancte Seuerine Comes
Lucullum imitatus, par illi animo, licet
opibus impar, Villam hanc à fundamen-
tis erexit, atque ita Sanxit, Senes eme-
riti eam fruuntor, delicati Iuuenes, &
inglorij ab ea arceantur, qui secus faxit
exhæres esto, proximiorque succedito.

Iuxta has edes postremo Petrus Antonius Ara-
gonius amplissimum excitauit militum tentorium
fortissimæ, & in expugnabilis arcis munimenta
præseferens, opus tum ratione usus, tum ratione
magnificentie inter celebriora, non solum huius
Vibis, sed Orbis reponendum.

Atq; prolixè iam demonstrauimus celebrē illam
Luculli villam circa Neapolim in agro balneolo-
rum

rum contra Nesidem ad Agnani lacum non fuisse, ut multi, locorum inscitia decepti, credidere; & verè in tam insalubri plaga, tot tesauros contruiisse, delicati sensus, & consumatæ Luculli prudentiæ, non fuisset.

Venerabile tamen est antiquitatis monumentum in hoc balneolorum agro aquæ Ductus, qui ab *Antiniano* descendens, per huius agri medium, productus Puteolos, Baias, & Misenum deducbat affluentissimas Sabati fluminis vndas: equidem integer, licet antiquo, induratoque limo obstruens, perseverat hactenus, presertim in sinistro latere viæ, quæ nunc in Agnani lacum ducit, cursumque ulterius tenere demonstrat Domitiani viæ, de qua paulo supra.

lib. 5.

Præterea extant in huius agri litore pleraque balneorum ad Neapolis iurisdictionem pertinentia, de quibus, adductus alibi Strabo, hæc apud suum interpretem memoriam prodidit. *Habet, & Neapolis Calidarum aquarum scatebras, & apparatus balnea nulla ex parte Baianis inferiora, numero autem, & multitudine cedentia. inconsulte coniucere aliqui Vrbem Neapolis ex adducto Geographi loco intra, aut prope sua mœnia apparatus olim thermalium aquarum habuisse scatebras, quum litus inter Paüsilypum, et Leucopetram extensem, neq; signum calidi alcuius effluuij præferat; erat his aduertendum, necessarium non esse id, quod ab aliqua Vrbe haberri dicitur, in ciudem Vrbis ambitu contineri: sed etiam Vrbis alicuius esse aliiquid intelligi posse, quod in eius*

eius agro , & regione , ipsius Vrbis ditioni subiecta , pruducitur , et exercetur: precipue si id, quod asseritur Ciuitatis esse , in eius agro natura produxerit ; Strabonis ergo verba de balneis in agro Neapolitano existentibus intelligenda sunt , non quidem de ijs , quæ intra Vrbis menia arte constructa Culinario igne calefactam continebant aquam , vt in ea , qui se in gymnasio (quod Neapolis à suis primordijs habuit) exercebant , laurarent ; verum de ijs quæ tum in hoc balneolorum litore , tum in Agnani lacu , Asturio , collibusque Leucogeis , ex calidis aquis , in hisce locis sponte à tellure manantibus apparata erant . Hinc Plinius scripsit *Leucogei fontes inter Puteolos , & Neapolim :*

lib. 3^r capit. 2. *oculis , & vulneribus medentur , quippe Neapolitanus ager , in Vulcani vsque forum , nunc la Solfatara se olim extendebat , quò etiam nunc extenditur ; vnde idem Plinius cum modum conficiendi Alicam describeret , hęc habuit Postea admissetur creta , quæ transfit in corpus , coloremque &*

lib. 18. cap. 11. *teneritatem affert ; inuenitur hęc inter Puteolos , & Neapolim in colle Leucogeo appellato . subditque paulo post . In eodem reperitur , & sulphur , emicantque fontes Oraxi (Cluuerius mutationem vocis emicantque in emanantque suadet ; delendamque esse alteram vocem Oraxi) oculorum claritati , & vulnerum medicinæ , dentiumque firmitati ; nec posterijt posteritati tradere colles Leucogæos intra Neapolitani agri fines esse contentos , allato Augusti decreto , qui annua vicena millia ex Aera^{io} Neapolitanis solui iussit , vt per illos Cap^{as} nis*

nis liceret, cretam in Leucogæis collibus pro Ali-
ca conficienda effodere : ait enim Plinius. *Exstat-
que Diui Augusti decretum, quo annua vicena
millia Neapolitanis pro eo numerari iussit è fisco
suo, Coloniam deducens Capram ; adiecitque
causam, quoniam negassent Campani Alicam con-
fici sine eo metallo posse, eo sdemq; Neapolitanos fi-
nes iterū commemorat vbi de Sulphure loquitur
scripsit enim. In Italia quoque inuenitur in Nea-
politano, Campanoq; agro (legit Pellegrinus Cam-
panie pro Campanoq; & recte, dissentitq; à Cluie-
rio) collibus, qui vocantur Leucogæi.*

Legimus ergo apud Antiquos in Neapolitano
agro octo in vñi fuisse Balnea, quorum Primum
Sudatorium Sancti Germani fuit dictum in Agna-
ni lacus litore; Secundum *Bullæ Balneum* appellati-
tarunt in collibus Leucogæis; Tertium *Astruni*
à loco nomen accépit; de his tribus, in subsequenti
opusculo dictis locis designato, plenus habebitur
sermo; reliqua quinque per longum Balneolorum
litus, de quo nunc scribimus, suas habent scatu-
rigines; horum primum dicitur *Foris Cryptæ*, Se-
cundum *Iuncara*, Tertium *Bagnolo*, seu *Plaga*,
Quartum, *Pietra*, Quintum *Calatura*. oportunè
nunc hic singulorum recensēbimus historiam,
atque vt sine ambiguitate, quærenti illud occur-
rat balneum, cuius medicina indiget, ad fauces
exitus cryptæ occidentalis viatorem reuoco.

BALNEVM FORIS CRYPTÆ.

Ab ostio itaque cryptæ Occidentali exeunti,
primo à sinistra, via est continua, quæ per radices

H

mon-

montis Pausilypi, in mare Nefidem alluens viatorem plano processu conducit; ante verò, quam ad mare spatio accedit passuum 112. vetustissimum, è terra eminentem, habet tumulum, inter quem, & Occidentalis Pausilypi clium, planities intercedit passuum ferè 130. ædificium circumstantes ruine, magnificentum quondam illud fuisse demonstrant; interni parietes adhuc quadratorum lapidum structuræ elegantiam seruant, ac præter laterum muros, quatuor pile ad fornicem sustentandum, erectæ cernuntur, quæ altioris ædificij superò olim impositi, ac nunc collapsi certum exhibent argumentum; imum eius inane aqua, terra, & lapidibus, plenum, nullius existimabatur momenti, enatiq; circum tumulum frutices nil, præter collapsorum lapidum ostentabant aceruum, nullaque apud præsentes homines erat in hoc loco memoria balnei, eiusque usus nulla traditio. Primus ego cum attentus, loci thermarum inquisitioni vacarem, à situ, ædificijque forma balneum ibi ab Alcadino descriptum sub nomine Foris cryptæ, latere conieci, nec me conjectura sefellit; ceterum auerruncatis extra fruticibus, extractoque eo, quod intus inane replebat, lympha apparuit, de qua Alcadinus.

*Lympha Foris cryptæ iuxta maris edita littus,
A stomacho pellit debilitatis onus;
Sed nocet hydropticis, cum sit dulcissima potus,
Vim consumendi non habet, inde nocet.
Leniter ignitos affuet refrigerat artus,
Pulmonem lesus sanat, & inde iecur.*

P. c.

Pectoris antidotum, tussis medicamen amicum,
Deficata febris caumate, membra rigat.

Ipsa per occultos telluris ducta meatus,
Subuenit ægrotis, est quibus aegra cutis.

Vt dicunt veteres, (satis est mirabile dictu)

Ipsa foris cryptæ Bulla ministrat aquam.

In chirographo anni 1300. depictum hoc est
balneum cum figuris humanis, quæ digitis sto-
machum, hepar, pectus, ventremque ostendentes
aqua sese ablucere, eamque bibere conspicuntur:
adsunt, & figuræ excarnes, ac veluti tabescentes;
notatumque ibi quoque est huius balnei vsum fre-
quentissimum apud Neapolitanos; accedebantque
ad illud cantionibus, & choreis.

Nec præterquam nomine Sauonarola ab Alca-
dino dissentit; locus enim huius lymphæ apud
ipsum legitur *Tripta*; ex relatione error forte
processit; est itaque corrigendus, verba eius sunt
hæc.

Balneum de *Tripta*, substitue *Foris cryptæ*, iux-
ta littus maris existens, non est aqua calida, & est
dulcis ad potandum. Membra nutrimenti. De-
bilitatem stomachi tollit potata, & hepatis. Sed no-
cet hydropticis. Membra pectoris. Pulmonem la-
sum sanat, & tussim mitigat, ac tollit. Membra
expulsionis. Calefacta, & bibita ventrem lenit. Fe-
bres, Ariditatem membrorum ex febre venientem
tollit. Decoratio. Aufert cutis infectiones.

Vgulinus non solum nomen loci vitiauit; (apud
ipsum enim legitur *Balneum Balneoli foris cri-
ptæ*) sed hoc balneum cum eo, quod *Balneolum*

dicitur, de quo paulò infrà, confundit, ac vnius nomen in alterius descriptionem transposuit; eius itaque notationes, quę ad hanc quadrant lympham, ex sunt, quas de balneo Balneoli falsoe conscripsit hac serie.

Alind est balneum Balneoli foris scriptæ, delectum dictionē balneoli, & lege: Foris cryptæ, & est aquæ dulcis, in qua nulla est potentia consumendi, & ideo nocet hydropticis, nocumentum pulmonis aufert. Valer contra tussim, stomachi debilitatem tollit, & hepatis sanat, ex febribus exiccator reducit, sanat cutaneos morbos.

Franciottus huius aquæ meminit his verbis.
Propè littus præterea est balneum de Grotta.

Mengus Fauentinus ad verbum notationes huius balnei à Sauonarola transcripsit; expurganda quoque itaque est dictio illa *Tripta*, reponendo *Foris cryptæ*. Quod deinde de eo, quod fossile balneum fouet, subiungit. *Nos autem dicimus, quod omnes isti effectus possunt resolui in solum nitrum; quare nitrum est minera huius balnei. An verum sit infrà, exacta aquæ anatomia, patefaciemus.*

Ioannes Villanus in chronica Neapolitana hęc habet de hoc Foris cryptę balneo barbarè scripta.

Torna in drieto per el lito, uscendo dalla Grotta andando per le radice de monte Posilipo alla faccia dello mare si troua uno bagnio, lo quale dello fito del luoco dicto fuora della Grotta: questa acqua perche ella è dolcissima da beuere: & di operatione mirabile: refrigerera li membri riscaldati: bagnia li mem-
bri

bri deficcati dalla febre: sana il pulmone el fecato: el pecto offeso: tolle via la debilitate de stomacho: medica la tosse, & la cute inferma ouero tigna: ma noce alli hydropici.

Elysius Alcadini vestigia calcans, omnia accuratè huius Foris cryptæ vnde notauit, sic enim de ea scribit.

Situs loci inuitat me, ut retro veniam, itaque à Crypta exiens per radices Pausilypi montis incendens ad oram maris, reperio balneum, quod à situ loci Foris Crypta dicitur; hęc aqua cum sit potu, & operatione dulcissima, ignitos artus refrigerat, deficcat a febribus membra rigat, pulmonem læsum, iecur, & pectus sanat; debilitatem stomachi tollit, tussi, & ægræ cuti, hoc est tineor medetur, nocet tamen hydropicis.

Franciscus Lombardus Alcadini, & Elysij notationibus contentus, ijs aduerbum transcriptis: nil quod illorum scriptorum traditiones in dubium vertat, annotauit.

Bartholomaeus Taurinensis neque in suis de balneis libris hanc nostram præteriit lympham, eamque eleganter, et accuratè hisce verbis descripsit. *Septimum, pone quartum, vt infra notabimus, balneum de adde, Foris, Crypta appellatur, iuxta maris littus existens, eius aqua calida non est; sed dulcis que bibi potest. Potata ventriculi, & hepatis debilitatem tollit, hydropicis nocet, pulmonem læsum sanat, & tussim mitigat, ac auffert.*

Andream deinde Baccium virum alioquin ac-

curatissimum non parum admiror, qui dum Foris cryptæ lympham describere voluit: multis sc̄ erroribus implicitus: rubrica enim habet. Potulenta in Puteolanis.. Cum hæc quidem solo fluat in Neapolitano: subdit postea.

Subinde in Puteolanis, Cryptam vocant in hoc censu fontem, non longè à radicibus Gauri monitis, quem barbarum hodie nominant, qui, ut natura soli arida, vegeta tamen ob sulphures, quibus scalet halitus, Gauranum olim nuncupatum vinum producebat Falerno proximum; ita nunc aquas habet in possibus medicatis perutilos. Hæ sapore dulces sunt, limpidæ, inodore, operationibus nitroso, ac gelidæ, quamobrem excalfactæ commodius suntarunt. Refrigerant potuia, thoracem leniunt, pulmonarios iuuant, tussim mitigant, iecori ventriculo, ac omnibus visceribus benefaciunt: nisi quis, aut de malo habitu, aut de Hydrope suspicetur; replete enim brevi temporis processu, atque impinguante, calidis, ac succis potius affectibus, quam frigidis, aut laxis idonea.

Sub Gauro frigide non manant venæ, ideoque non longè à radicibus Pauflypi reponendum; forte Baccium scellere aliquorum scripturæ, quæ falso Falerni nomen indidere Pauflypo.

Omnia huius balnei, quæ extant alia apud Mazzellam, Capaccium, Mormilem, ceterisque à predictis, ex omni parte, transcripsere auctoribus; proptereaque hic consultò non subdimus.

Summa nunc diligentia fuit locus à sordibus expurgatus ad aquæ usque scaturiginem, cæmentoque

toque refectus puteus; vnde ab unoquoque educi
commode lympha potest.

Deponit hec aqua ob notabilem à Phlegrēis di-
stantiam minere calorem, seruatque telluris, ex
qua effluit, temperiem, eam scilicet, quam alio-
rum putorum, octo pedum profunditatem ha-
bentium, aquę, in non Vulcanijs locis habere
solent.

Dum è suo fonte hauritur, nil quod naribus *Oder.*
percipi possit, emittit; clauso deinde vase aliquan-
tum afferuata: quamuis incorrupta perseveret;
aliquid tamen spirat sulphurei, quod nares lenti-
ter ferit: forte quia contentum in ea sūt fermenta-
seit, & in motu, sūt indolis effluvia eructat, quod in
destillatione manifestius apparet; nam ex aquę
partium motu, vaporumque ascensu, mineralis
odor acutius sentitur.

Oculis tamen quandam perspicuitatem, sim-
plicibus aquis propriam, minimè ostendit; ve-
rum ab ea parum declinat; ita ut, sicut notabili *Color.*
minimè crassitudine, ita quoquā pura simplicique
tenuitate prædicta, haud existimari possit.

Simplici haustu nullus in ea sapor adueritur;
sed si aliquantulum clausis labijs per os circundu-
catur, aliquam falsedini nitrofæ, impressionem,
lingue relinquit, styptici aliquantum præferen-
tem: faliū enim spiritus, ut in acidorum spi-
rituum mechanicis patet, ex inito cum terra com-
mercio, aluminosam recipit indolem.

Destillauit aquę huius libram placido igne,
admotisque ad retortæ orificium naribus, mine- *Analys.*

ralem spiritum sensi; primas ipsius quatuor vncias in vas recepi, aliudque ad reliquas suscipiendas apposui, vique ad fixae materie exiccationem.

Miner. Didici ex his, sal, quod hac aqua fouetur, de quo paulò post, aliquid volatilis, & bullitione vaporantis, continere; prime enim quatuor vnię exhalatę, aliquid acuti preferebant, atque ex injecto in eas cupri frustulo, viriditate tinge- bantur; reliquę septem aliquid exotici lingue im- primebant quidem, verum non acuti: sed cœnoſe cuiusdam dulcedinis, ac credo hanc ex telluris, per quam fluit, impressione pendere; quandoquidem salis spiritus acidi si crete, fixaque alij terre impingantur, immutantur, ac dulcescunt; quod occurret si vitrioli spiritus, vel salis nitri in dictas illiderint terras, iterumque in aquam rareſcant.

Tandem in vitro, cum pauxillulo irresolubilis ocre, media ferè albissimi salis vncia remansit, quod in ignita lamina ferrea, pauxillulo peracto itrepitu constans permanxit, neque ignem corripuit; unde falsò, rei infecto periculo, Vgulinus nitrū in hac aqua contineri scripsit; hoc sal primo lingue experimento, quid veluti resoluti cuiusdam *alKali* exprimit, ac continuò, exinde grato salis marini sapore sensum mouet; dein, si diutius lingua contrectetur, vtrumque confundit, ac in austernum ferèque amarescentem sapor abit; sal est embryonati sulphuris, quod terræ tactu viribus exantatum in fixionis constantiam abiit, acquisiuitque abstergendi iordes virtutem; non propterea mi- rum

rum si huius lymphæ potu ij curentur affectus , quos suprà ex antiquis notauimus ; etenim contenti salis efficacia , abstersis viscerum fibris , degeneribus humoribus ; qui occasionaliter sua acre-dine ad calidos affectus vitam concitabant ; exasperatus corporum calor ad pristinam reducitur temperiem , sustragantibus quoq; volatilibus apor-theis , quas de destillata aducimus aqua ; illæ enim cum volatilium salium indolem seruent , per diaphoresim abeunt ; atque in solidis corporum partibus , quidquid occasionalis causæ latitat , mitrum in modum resoluunt , atque per emunctoria deturbant ; nocet exinde hydropticis ; nam cum hydrops morbus sit resolutus , à salium robore , resolutio , cum infirmi pernicie , augeretur .

Duos hoc anno huius aquæ potus curauit infirmos , calore æstuantes , fereque consumptos ; leuiter purgatis prius corporibus , aqua vñsi sunt , vno quoq; mane , ad quindecim dies librarum ad pondus vñque trium , eam per vrinam ac secessum reddendo .

Neque prætereundum hic existimauit id , quod ærario fabro , hypocondriaca affectione laboranti , vel ex casu , vel ex fide , exue huius aquæ efficacia euenuit ; vexabatur hic quoquè artuum omnium doloribus , acuto cum calore : consului ego illi Balneoli lauacrum , qui huc aduectus ; cum hoc Foris cryptæ balneum continuò occurreret , putauit Balneolum esse , ac extemplo in ipso se vñque ad collum mersit : vix horæ ad quadrantem in ea durauit , ac rigere coepit ; exiliuit , ac proximam

sc

se in littoris arenam translulit, vbi sole excalfactis paulatim artibus, illos omnino à doloribus liberos sensit, atque hactenus in acquisita perseverat sanitate: prodigium omnibus singulari energia recitans.

BALNEVM IUNCARÆ.

A Balneo Foris cryptæ expeditis, vel cryptæ ad ostium reuertendum est, vel per littus procedendum: per littus enim euntes, post milia passuum, viam Regiam, quæ à crypta Puteolos dueit, ingredientur; à crypta vero excuntes, relata à sinistra via, quam nuper in balneum Foris cryptæ ducentem, descripsimus; amplam restamque si etiam à sinistra calcabunt, in littus adhuc peruenient, quod dicitur ob Oliuetanorum turrim, ibi erectam *la Torre di mezza via*; forte quia medium est inter Neapolim, & Puteolos; totum hoc littus, inter Paesilypum, & hanc viam, positum, iuncorum feracissimum est, præcipue vbi telluris declivitatem stagnant aquarium lacunæ. Hic præter antiquorum traditiones, typis mandatas, fuisse balneum, apud viuentes ne aliquid erat quidem summe, neque per loci ambitum balnei apparebat vestigium: dum itaque anxius (nam hic omnium traditiones Iuncaræ balneum fluere concordabant) illud explorabam, fortuitù, in culto hortulo, qui à dextra, vbi via in littore spatiatur, remanet, è telluris plano haud omnino emergentem parietem intuitus, rem tentare non

non restiti ; effossa igitur terra balneum nobis sese obtulit , ordine vetusto dispositum , illius loci planum , ad quindecim pedes è maris area eminebat , propterea , vt aquæ scaturigine vterentur , subterraneum ferè condidere ædificium ; ita dis-
positum : longitudo pedum erat 60. latitudo ve-
ro 12. quæ longum erat , in quatuor diuīsum erat
ædiculas , æqualis fermè mensuræ , quarum , duæ
extremæ duobus medijs eminebant ; vtraque ex-
tremarum propriam habebat ianuam , erantque
in illis circum parietes cémentitia strata ad Stra-
gula destinata sustinenda ; per gradus ab vtraque
in subsequentem ædiculam , conchas circunclu-
dentem , vbi balnei aqua colligebatur , descende-
batur ; mediusque inter duo lauacra paries integer
erat ; fortè vt viri à mulieribus separato vterentur
balneo ; ex quatuor ædiculis iam vna extrema ver-
sus littus corruit : dum viam aperuere Regiam ,
vt cam rectam facerent ; vnde ego , vt ad pristinam
balnei formam ædificium restituerem , medium
trium superstitum cubiculoru[m] , longitudinem , diui-
idendam curaui , atque in alterutra parte balneum
cum lauacris aperui , ita vt partem in alteram al-
tero laterali cubiculo , in alteram altero separatim
esset ingressus ; in erecto deinde super planum
telluris fornice , aperta ianua à dextera , & à si-
nistra duplices , vt conderentur effeci scalæ (viris al-
teræ alterè mulieribus , si opus fuerit) ad ipsas la-
terales tendentes ædiculas , in quibus pro expan-
dendis stragulis , aliaque loca post lauationem
necessaria , omnia sunt opportunè , disposita ; at-
que

que hæc est vetusta, ac præsens *Balnei Iuncaræ* dispositio, & locus.

De hoc balneo *Iuncaræ*, siue *Iuncarie*, quod à iuncis, ibi nacentibus, nomen desumpsit, propterea que quoque *Bagno dellì Giunchi* dictum apud Lombardum; sequentia Alcadinus primus scripsit carmina.

Balnea Iuncaræ, quæ sunt in littore Ponti,

Prosumt consumptis, ni sit adusta cutis.

Pectoris amissas reparant in corpore vires,

Lætificant animos, gaudia sumpta fouent.

Quæ veniunt per se, mentis suspiria tollunt.

Et faciunt alacres in muliere viros.

Efficiunt Veneris renes ad prælia fortes,

Confortant stomachum, lumina lœsa iuante.

Quas hominum febres cœtus interpolat usus,

Annihilant, nec non triste medentur hepar.

Talibus usus aquis discrimina nulla timebit,

Quæ quandoque solent extenuare cutim.

Quæ circum hæc Lombardus.

Hepar. vox hæc habet primam productam, grecè enim scribitur δια τὸν. Sed gratia metri (ut in cap. 6. diximus) primam corripuit mutato: u. in e. sicut fecit Macer. 3. cap. 8. nec mirum, quando (ut ait Manilius 3. ασπορομενων. ornari res ipsa negat contenta doceri. Et sicut herbarum vires (*Stoe sententia*) difficile est elegansissimo celebrare stylo, sic à simili dicam de Alcadino, & Eustasio penes materiam balneorum.

Annihilant. aliter sic, ad nihilum redigunt, purificantque iecur.

In-

*Interpolat. gratia metri aufertur alterum, l. sicut
mos est Poetarum in reperi retuli, & alijs huius-
modi.*

In chirographo anni 1300. depictum est hoc balneum cum figuris humānis in aqua se mergentibus, atque alijs eas ob debilitatem sustentantibus, notaturque quoque ibi, prodigiosum in consumptis reficiendis fuisse balneum.

Et Ioannes Villanus in sua chronica Parthenopea de eo sic barbarè loquitus fuit.

Andando oltra per l'arena se troua l'acqua de Iuncara: la quale se chiama Iuncaria: da li gionchi che nascono: quale credo si denomina: questa onda letifica la mente, nutrica l'allegreza, tolle via li suspiri che veneno da se: prouocala luxuria, & fa forte li rine, conforta lo stomacho, iona alli occhi offesi de corta vista, corobora le forze dello fecato, sana la milza, ingrassa il corpo, humiliata febre erratica, e priuede, & fa che la cute non sia sottilia.

Meminit quoquè huius balnei Sauonarola, aliqua cum nominis alteratione indigitavit enim illud *Deiuncare*; imprudenter ipse, quiuc imprefsero, articulum ac nomen simul compresserunt, quod admiror Capaccium, loci patrium, nominis animaduersa varietate, tolerasse; deme igitur de: hæc eius sunt verba.

Quintum Deiuncare dictum: estque iuxta litus maris positum. Membra nutrimenti. Confortat stomachum, & hepar. Membra pectoris. Pectus confortat, animum lætitiat, & gaudia in eo inducit,

cit, *suspiria tollit, & facium alacres in muliere viros.* *Membra expulsionis.* Confortat renes, & coitum excitat. de quibus dicitur. efficiunt *Veneris* renes ad *prælia* fortes. *Febres.* Ajunt annihilare fortes, & tetras febres. Et quod valent hec ticeæ primæ, & secundæ, speciei: hoc credere mihi difficile est.

Neque illud præteriit Vgulinus in suo de balneis libro, hæc enim huius notauit Iuncariæ balnei.

Aliud balneum vocant *Iuncariæ*, istud animum laetificat, & omnia per se venientia *suspiria tollit, consumptis multum prodest, omnes exiccationis canas remouet, pectus debile forte reddit, visus confort, stomachum valde confortat, & febres omnes interpolatas annihilat, estque inter cætera saluberrimum balneum.*

Ac item de eo accuratè loquutus fuit Mengus Fauentinus, adiecto, ut Sauon. loco, quem in balneorum obtinet numero, scilicet quinto; nam in ordine ab Alcadino, seruato, Iuncariæ balneo Sudatorium S. Germani, Balneum Bullæ, Astrunis, & Foris cryptæ præcedunt; ad huiusmodi igitur ordinem reducenda est successio balneorum quorumcumque, aliter eam subuertentium, autrum; sunt itaque Fauentini verba.

Quintum balneum à Iuncare corrige, ut supra dictum, iuxta litus maris positum est. Sauonarola transit ad effectus sine minera. Membra nutrimenti: confortat stomachum, & bepar. Membra pectoris: pectus confortat: animum laetificat, & gaudia

dia in eo inducit: suspiria tollit: & facit alacres in muliere viros. Membra expulsionis: confortat renes: & coitum excitat, de quibus dicitur, efficiunt Veneris renes ad prælia fortis. Nos dicimus, quod ex effectibus minera est nitrum, & ferrum: & forte etiam participat de auro, vel de marchastra auri.

Elysius nostrorum balneorum accuratus scriptor, siue potius exactus Alcadini carminum prolaicus exscriptor; eodem seruato ordine, de nostro hec habet Iuncare balneo.

Vltra per arenam procedenti occurrit unda Iuncare, que à iuncis ibi nascentibus nomen habet. Hec unda mentem letificat, gaudia fouet, tollit suspiria ultro venientia. venerem provocat, & ad eam fortis efficit, renes confortat, stomacho prodefit & laesis luminibus. vires iecoris reparat, hepar sanat, corpus impinguat, febres erraticas annihilat, & prouidet ne cutis extenuetur.

Franciscus Lombardus in sua synopsis suo loco Iuncare notauit balneum, Alcadini, Elysijque additis traditionibus.

Bartholomæus Taurinensis sequentia protulit de nostra lympha, verba.

Quintum de Iuncare pone sicut supra dictum. Iuxta littus maris positum est: ventriculum, & hepato roboret, cor & animum exhilararet, suspiria tollit, gaudia inducit, & alacres homines reddit, renes roborat, & coitum excitat. Ferunt eius usu febres curari, etiam vehementissimas, ac malignas, quin & hericas primæ, & secundæ speciei, quod cre-

creditu per difficile est.

Tangitque quoque Franciottus ; at cum plaga
Balneoli aqua confundit , sub huius nomine illam
exarando : dum ixaque scribit .

*Postea vero est illud de Giuncara, seu de Vincara
dele ultimum , quæ subdit in Balneolo expe-
cta .*

Andreas Baccius sub eadem , *Potulentæ in Pa-
zeolanis rubrica* , hoc Iuncaræ balneum post illud
Foris cryptæ describit , recto seruato ordine ; mi-
nimè vero notatorum ibi balneorum , loco ; sunt
eius verba . *Iuncaria porrò , quæ haud longè à cry-
pta ad oram maritimam inter iuncos emanat , pari-
ter ebibita impinguat viribus nimirum non langui-
dis , ac cibis boni succi exhibitis . Vnde , & Vene-
rem iuuare dicitur , renes confortare , chronicas febres
decernere .*

Noster Capaccius , & descriptis nuper virtuti-
bus , & non ineruditâ appendicula nostram hanc
decorauit vndam . Sic enim ait .

*E caminando per l'arena s'ritroua l'altro bagno
detto Giuncara , così detto da i Giunchi , che vi na-
scono , chiamato Deiuncara da Sauonarola , e Vin-
cara da Franciotto , che conforta lo stomaco , e'l fe-
cato gioua al petto , rallegra gli spiriti , toglie via i
suspiri , conforta le reni , eccita il coito , cagiona for-
ze liete nelle donne , determina le febri croniche , con
l'esser beuuta ingrassa , ma non bisogna star langui-
do di forze . Giungono di più i medici , che quest'ac-
qua beuuta ha l'istessa virtù , ch'anno Picuncella ,
Grotta , Villa , Plaga , Gibberofo , Porrettano , Albula ,*

Apo-

Apono, Paganello, Tritulo, Petra, S. Giorgio, Furanello, Succellaro, molti de i quali sono in varj luochi d'Italia, & altri in Ischia, & in Baia, di giouar quei, che urinano sangue, e di mandar via l'arenella dalla vessica, e dalle reni. Nè si denono mera uigilante alcuni, dice il Baccio nel suo libro delle Terme, che l'acque medicate rompano la pietra vedendosi, che molte di esse, e particolarmente quelle che sono aluminose, e ferrigne, s'impietran no i luochi, per li quali passano; perciò che appresso i Filosofi non si fa, quodlibet ex quolibet, mà, determinatum ex determinato, talche sopra la terra queste acque generano la pietra; e beuute nel corpo humano la frangono. Non basta, che così insegnà l'esperienza.

Spinus Mons hic, ubi situm hoc balneum Iun-
cariæ est, incipit se se eleuare; verùm tam placidè,
ut eius incrementum vix sensus percipiatur; propte- Color
reà, cum ipsius lympha sublimiori telluris mole,
quam Foris cryptæ operiatur, sitque Vulcani re-
giæ proximior, calorem secum fert mineræ, hu-
mano æqualem, vel paululùm remissorem; ita ut
in ipsa tunc è vena scaturiente gratissima sit laua-
tio, exciteturque in animo gaudium vegetem in-
de abeunte, in cupidinem.

Dum recens effluit, aliiquid: sed vix comprahē- Odor;
sibile ad nares promouet; dum verò ex ira venam
frigescit penitus est inodora; forte quia virginum
sabulum, penitus limo-expers meat, neque in cie-
tam, vel cœnum impingit; vt illa Foris cryptæ; ac
propterè nec omnino frigescit, nequè fermenta-
scit, nequè aliiquid eructat, cum simplex, per quam
I fluit,

Color. fluit, arena, ipsius actionis non sit subiectum.

Oculis sensibilem, ad albedinem inclinantem, crassitatem ostendit, paululum illa Foris cryptæ crassiorem.

Sapor. Calida vti effluit, frigefactaue si celeri haustu bibatur, nec palato, nequè stomacho ingrata sentitur; imò stomachum eius ex accessu, grato perfrui sensu, experitur; verùm ore diutiùs detenta, suæ mineræ vires exerit, & aliquid falsi, placideque austeri in lingua excitat, quod paulatim in suæ, & palato quid gratum degenerat; est quoquè hic notandum, quod si in his aqnis, æs, ferrum, aliaque metalla ponantur, latitans in ipsis sal, ab injecti metalli sulphure terminatur, accipiuntque ipse recepti metalli indolem, atquè saporem, fiuntque Spadanis similes.

Anato- Libram inieci vitro, ac placida ad euaporatio-
mia. nem pruna cumpeli, primisque aquæ motibus spiritus quidam mineralis nares validè ferijt, qui destillationis processu euanuit; eleuata medietate, elapsas seruavi stillas, aliudque, reliquum ad recipiendum, vas supposui, ad contenti vñquè salis spissitatem: factoque deinde gustus sensu periculo, inter medium antè destillatam libram, ac postremam, nullam animaduerterè sensibilem potui differentiam: vtraque quodam erat sapore prædita; verùm non acido, vel austero, aut salso; sed palato subdulci, linguæque grato, nullamque quidem naufragi, displicentiæque notam illius relinquens: salis deinde portio in vase residua easdem omainò proprietates, ac illud Foris

rīs cryptæ aquæ, retinebat, præter quantitatem, ; nam vbi ex illius vnciam ferè medium, ex huius vix drachmæ collegimus medietatem; vnde conieci huius balnei lympham, inter virgineam emanatam arenam, (quia obiccto caruit, in quod contentum in ea sal, agendo, exantlaretur, fixamque acquireret indolem) sal sive mineræ, ab omni labore alienum, in volatili sua natura seruare; virgineum enim fabulum nequicquam à salium spiritibus patitur, neque ipsi ab eo patiuntur; sed reciproca permixtione utriusque in propria consistunt substantia. Itaq; hanc Juncaræ aquam, salem, quem ex fermento in minera recepit, purum, atq; volatilem, secum intrinsecus permixtum, immutatum asseruare compemus, ac in distillatione simul ascendere cum ipsius vapore; cumque penes vtentes, in volatilibus, salibus summa eluceat medendi energia, miraque vis diaphoretica experiatur; perfacile erit intelligere, huius aquæ potum ea in corporibus efficere, quæ fuere à veteribus obseruata, & annotata; dia-phoresi enim in illis sollicitata, bonus habitus, hilarietas, virium refectio, quæque hæc subsequuntur, continuò eueniunt: magni ergo facienda hæc aquas, nam cum ipse consumpto cuidam dupondium hoc anno potare consulerim; bonum paulatim acquisiuit habitum, fuitque sanitati restitutus; eiusque externum usum non parum laudo, cum vim dia-phoreticam in membris, vel debilem, vel abolitam mirum in modum promouere possit, ob contenti volatilis salis efficaciam, summe penetrantem, atq; maximè nostris spiritibus sociabilem.

Mengum interim corrigē Faucentinum ferrum aurum, vel auri marchesitam, & vnumquemque cęca coniectura metalla Iuncariæ in lympha contineri, afferentem, cum ne metalli quidem signum in anatome appareat; quod si ab effectibus id cniere, scire debebant, salium efficaciam volatiliū longè auri, argenti, cæterorumque excellere metallorum viribus: dummodò volatilem in essentiam hæc redacta non fuerint.

BALNEVM BALNEOLI.

AIuncariæ balneo si rectam viam per littus prosequeris, 400. post passus balneum Balneoli, à dextra reperies; *Balneolum* dictum fuit vulgo lo *Bagnuolo* ex fontis breuitate, atque angustia; ab eoq; denominationem tota illa desumpta plaga; dictum quoque fuit Balneum Plagæ, vbi enim manat arenosus est, planus, ac mari proximus locus: apud Sauonarolam, & Taurinensem sub nomine quoquè loci notatur, apudq; Mengum Balneum inscribitur *Fontis*, at admodum inconsiderate, ut infrà notabimus: apud nostrorum autorum ordinem sextum hoc balneum est; vndè cum recte apud Mengum, ceteri qui illum non seruanint, ad illum sunt reducendi: est notandum hoc primum esse balneum, quod sub Olibani montis rupe fluit; à parte enim superiori balnei Orientem versus vallis descendit, quæ Montis Spini cliuum, & Olibani dirimit, res est admiratione digna, Spinum ab Orientali vallis parte totum, ut diximus, fructiferum,

arbo-

arboribusque refertissimum conspici; cum Olibanus altera ab Occidentali parte scaber, incultus, aridus, omnisque ferè plantæ expers appareat. Hoc balneum summæ venerationis apud Neapolitanos antiquitus fuit; vt illius, cum minimè de alijs omnibus, hactenus superstes esset memoria; licet decem retrò per annos omnino iam ab vsu recessisset; erat ad illud, vti nunc quoq; est, cuiusdā domus per atrium ingressus, contigui ruris colonis hospitandis extrectæ; tria habebat mediterranea cubicula angusta, vetustaque, à quibus per gradus quindecim in puteum veluti descendebatur, vbi in effosso monte aqua balnei colligebatur, eratque ranis, alijsq; immunditijs putens: fuit nostræ curæ vt vsque ad aquæ profunditatem, antè balnei ædificia, excavaretur atrium, obductoque deinde fornice, medio pariete facta diuisio fuit; vt parte altera mulieres, viri altera commodè vterentur; ab una alteraque parte in balnei fontem aditus, ac in vtraque ad facilem commodumque usum lauacrorum disposita multitudo; indequè ductus ad mare vique exiguus forníx, vt inutilis aqua præceps excurreret; ab his lauacrorum locis, quæ dum balnei aqua perfunduntur, caldariorum antiquorum vices gerunt, paucos per gradus ad quatuor cubicula scanditur; vbi balnei vapori elatione tepescit aer, circumque eorum parietes, pro sternendis stragulis, cœmento sunt lectuli è plano cleuati, vt lota corpora, ibi ad quietem se opportunè componant, communisque ambientis temperiem acquirant; ex his quoque cubiculis duplex in atrium exitus, ianuis munitus; ve

qui intus balneo vtitur, clausa retrò ianua , ingre
dientium importunitatem auertat ; ac huiusmodi
commoditatibus fuit vlti *Balneoli lauacrum* , siue
Plagæ restitutum , de quo primus his carminibus
Alcadinus scripsit .

Inter aquas pelagi prope littus sub pede rupis

Magnus in effectu fons, breue nomen habet.

Balneolum dictum, tantæ virtutis amicum,

Vt patiens illic sentiat esse Deum .

Nam morbo quocumque dolet, seu rheumate quouis ,

Lotus aqua tali tempore liberabit.

Et caput, & stomachum, renes, & cætera membra

Confortat, tepidam si renouabis aquam .

Hec prodest oculis, oculorum nube fugata ,

Consumptos reficit, quos tenet aegra famæs.

Materiamque rudem consumit, & amphimerinen,

Hoc gens plus alijs Parthenopensis amat.

De quibus noster Lombardus, annotando, cum
prius Eustasio tribuerit ex Matera.

Inter aquas. hi versus adscripti sunt Alcadino ,
& non Eustasio; ut apparet in opere illo de Balneis,
quod apud Iuntas excusum est anno 1553. nec non
in codice manuscripto Bibliothecæ superadictæ(hæc
est venerabilis vtor Lombardi verbis Monasterij
S. Seuerti de Neapoli) quid iudicem, ignoro, sed(ut
Themist. verbis utar) sit monstrasse satis.

*Vt patiens. Lotus. hi duo versiculi citantur à Sa
monarol.*

Nam mor. aliter sic , de morbo quocumque doles ,
seu caumate quouis , Lotus aqua tali corpore liber
eris .

Ma-

Materiamque aliter sic apud Iuntas, Materiam tritei consumit, sed cum in hac dictione sit diphthongus, que producitur à Martiali in 2.epi.91. & Macro in 5.c.7. ideo versiculum hunc sic commodius restituī, Consumitque tritæi hylen, ac amphimerinen.

Amphimerinam, vox hæc quoniam græcè scribitur dia ῥην. habet secundam productam: sed gratia metri hic, & cap.46. corripitur de hac febre Gal. 1. de crisi capit. 17. 2. de diff. febr. capit. 8. & alibi saepius.

Parthenopensis. sic. aliter, Plus alijs genus hoc Parthenopæus amat; ego verò sic legerem, Plus alijs hoc gens Parthenopæa fouet. fouere enim apud Maronem in bucolicis, habere significat.

Ac scripsit quoque de eo Ioannes Villanus vernacula in sua Neapolitana chronica hunc in modum.

Se ancora anderai oltra per l'arena, trouarai uno bagnio detto Pagniolo, questo fo si chiamato dalla paucità della fonte; ma tanta, & la virtù, & efficacia sua oltrali altri che l'infarto sente grande adiuto: perche questa acqua lo capo lo stomaco: le rene, & tutti li altri membri conforta caxia le nebule dalli ochij fortificati debili: questa, e la materia de la quartana continua febre: libera da li dolori procedenti da ogni infirmitate: & febre libera: li Napolitani usano questa aqua più che niuna altra.

In exarato codice anni 1300. humanæ figuræ in hoc conspicuntur balneo depictæ, quarum una

ventriculum, frontis altera partem, capitis vertice
tertia, & pedem digitis signant, quartā tabidum
marcidumque ostendit corpus; quinta mulier, quæ
puerulum in aqua sustentat merum, est; leguntur
que in notis admirabiles balnei huius virtutes,
eiusq; placidam operationem, & ad puerulos aptā,
vteroque gerentes esse.

Est & nostri Balneoli apud Sauonarolam nota-
tio sub nomine *Loci*; corruptè enim Alcadini legit
in versu *locus pro lotus*, balneiq; cecè facit nomen:
vt videre est his ipsius periodis; omnes itaque Al-
cadini, quos ponit, alijs quoque mendis refertos
versus, vt suprà, expurga.

*Balneum Locus substitue (Balneoli) est apud lit-
tus maris: est enim fons parvus, & viribus amplius.
De quo scribitur. De morbo quocumq; dolore, seu gra-
uitate quavis, Locus aqua tali tempore liberabis.
Membra capitis. Confortat oculorum obscuritati, & ca-
ligini, & cataractæ. Confortat caput, & catarrhb sub-
uenit. Membra nutrimenti. Confortat stomachum, &
eius digestiū. Membra expulsionis. Confortat re-
nes, consumptos reficit, & multa operatur auditu mi-
randa. Et ideo Neapolitani hoc præ ceteris diligunt,
quo scribitur. Ut patiens illuc se credat esse Deum.
Est enim aqua suavis, tepida, & corpori multum
grata.*

Meminit, & Vgulinus his verbis, alterius alteri
tribuendo vires, sub vitiato nomine Foris cryptæ
errorem notauimus suprà.

*Aliud est balneum quod de Foris scripta nomi-
natur, & non est balneoli de quo supra diximus. dele-*

QM-

omnia præter aliud est balneum, & balneoli, quæ simul dispone, Istud capitis passiones; & singulariter hemicraneam, & dolorem superciliū remouet, nubem, & caliginem oculorum tollit, sanguinemque oculorum, & panniculum ibi generatum remouet, opilationes aurium aperit, & illarum tinnitus curat, & sanat.

Est apud Mengum huius balnei rubrica; *De sexto balneo Fontis*, verumq; subtitetur nomen Balneoli, & Plagæ: ipsum tamen ponit in ordine, sextum; cuiusmodi apud nostros est autores; apud quorum descriptiones cum legisset, quod Fons erat parvus, temere verbum hoc ipsius nomen fecit; ut aperte coniicitur ex his, quæ subiunxit verbis, quæ nostro conuenient Balneolo.

De sexto balneo, quod est Fons parvus, sed viribus amplius apud litus maris: dicit Sauonarola, de quo scribitur de quocunque morbo, & de quocunque dolore, siue grauitate quavis, aqua tali liberaberis. Membra capitis: confortat oculorum obscuritati, & caligini, & cataractæ: confortat caput, et catarrho subuemit. Membra nutrimenti: confortat stomachum, & eius digestiunam.

Membra expulsionis: renes consumptos reficit: & multa operatur auditu miranda: & ideo Neapolitanis hoc præ ceteris diligunt, de quo scribitur.

Vt patiens illic se credat esse Deum: est enim aqua suavis, & corpori multum grata. Corrigere versum, ut Alcadinus.

Nas miramur, quod nihil dicat de minera. Nos autem dicimus, quod tenet de alumine, ære, & ferro.

Sunt

Sunt quoque apud Franciottum huius balnei notae huiusmodi. Deinde est aliud, *Balneolum dictum*, quia paruum est: verum huius vires continuo posita falso Iuincaræ tribuit, ut suprà notauimus balneo; unde suo uero restituumus loco. Quod iuxta littus maris refidet: & est fons parvus, sed viribus amplius, & Neapolitani illud præ cæteris non immereitate diligunt, & tanquam Deum colunt: cuius aqua tepida, corporique valde grata est. Signandum, autorem hunc, dum nostra describit balnea, Puteolis Neapolim ire uersus; ideoque hæc ultimo sunt loca, quæ nunc nos exaramus.

Elysius noster, de Balneolo sic in prosam Alcadini carmina, uertit.

Si adhuc per arenam processeris, *balneolum* inuenies: hoc nomen olim à breuitate fontis inuenit. Sed tanta est virtutis efficacia, & eius præstantia, ut infirmus non solum aquam ibi, sed Deum adesse putas. Nam caput, stomachum, renes, & cetera membra confortat, fugat nebulam oculorum, consumptos, & debilitatos reficit. Materiam quartanæ, continue, & quotidiane destruit. à doloribus ex quocunque morbo, vel febre procedenibus liberat. hac aqua Neapolitani plus ceteris utuntur.

Bartholomæus Taurinensis à Sauonarola balneoli nostri nomen mutuatus fuit; indigitatur enim apud illum *Locus*; hoc corrige, cetera Balneolo adamissim conueniunt, quæ ita subdit.

Aliud est iuxta littus maris locus appellatum, fons est parvus, sed viribus ingens adeo, ut de eis literarum monumentis proditum sit, à quocunque

mor-

morbo, à quovis dolore, à qua voleas angustia, loci a- quam liberare. Capiti oculorum fluxionibus, caligi- ni, suffusione, ventriculi coctioni, & renibus consum- ptis subuenit. Et multa alia operatur auditu mi- randa, unde Neapolitani hoc p̄æ ceteris colunt, & extollunt. Porro pretereundum non est, quod de bal- neantibus sic scribitur, ut patiens illic se credat esse Deum. Expurga hic quoq; versum. *Est enim aqua suavis, & tepida, & corpori multum grata!*

Franciscus Lombardus aliam predictis viribus ex Altomaro, addit.

Hinc celeberrimus, æquè ac disertissimus (ad sit verò reuerentia) p̄æceptor meus Donatus Antonius ab Altomari in sua admirabili Arte Medica (quæ anno elapso Typis Venetijs fuit excusa) nimis com- mendat balneum hoc in Gonorrhæa.

Andreas Baccius p̄æterquamquod in Puteola- no falso simul cum p̄æcedentibus balneum hoc lo- cauit; ordinem quoque ipsius subuertit, nam subse- qui Petre balneum, Sancteque Anastasiæ præire, scripsit; postquam enim de Balneo Petre mentio- nem faceret, hec de Balneolo subiunxit.

Próximus huic, nec virtute dissimilis fons Plaga: Multo autem usui hodie est Neapolitanis Balneol- um: sanè ob p̄æclaras vitutes, quibus viscera robo- rat, & caput, & sensoria omnia. Et quod maius est, omnem chronicarum febrium materiam paucorum dierum potionibus dispergit.

Ab antiquorum traditionibus de admirandis Balneoli nostri virtutibus, ad eius transeamus aque examen, ut ad eas p̄estandas efficacissimas esse irre-

fra-

Calor.

fragibili demonstratione confirmemus; lymphā huius balnei, cū è tellure erumpit, duobus caloris gradibus illam Iuncariæ superat: ea enim vix non frigida sentitur; sed hęc nostrū sensum aperto calore solicitat: ita vt qui ea vtuntur, post pauca momenta sudore madeat; id etiā thermometro, quod infra proponā, cōstabit, causāq; cōijcere erit facile, si utriusq; balnei situm perpendamus; quippe manat Iuncaræ balneum in plana humilique tellure à qua faciliter calor effluit; Balneoli vero latex sub alta rupe surgentis Olibani effossus, integrum seruat sue mineræ Vulcanum, qui cum salis volatilis indolē præferat, & à montis materia ad actionem non concitetur; persuerans informa volatili usque in balnei fontem, ibi etiam in suo calore perfeuerat; secus res cuenit in aqua Iuncaræ cuius volatilis spiritus in vda telluris heterogeneas partes impingens, agendo figitur, & calor, qui motu partium volatilis salis in minera vigebat, ipsarum fixione in tellure tepeſcit.

Color.

Tenuior hæc Balneoli lymphā, illa Iuncariæ oculo apparet, nequæ illius præfert albedinem; forte ex ijsdem rationibus, quas ad caloris excessū retulimus demonstrandum, cum enim sal figitur volatile, crassescit, albescentemque in aqua producit colorem.

Odor.

Cum intrinseco suo calore balneoli huius aqua calescit, vel proprio in fonte vel inde translata, aliquid mineralis eructat, quod pauxillulum vix nares mouet; dum deinde frigescit, nil huiusmodi in ijs excitat.

Quia

Quia verò quod fouet, sal in sua originali volatiili persistit essentia, palato vix admota, falsedini sensum mouet; celerius, vehementiusque tamē dum proprio calet calore, quā dum friget; ac quātis linguam, & ventriculum ad nauseam non prouocet; grata tamen suauique illa Iuncariæ dulcedine omnino caret; fortasse quia volatilis salis particulae ventriculum nimia adoriuntur velocitate, qui celeri illo excitamento minimè gaudet; secus in Iuncara, vbi propter aliquarum partium sequitam sui salis fixionem, haud ita generosè motientur, mitioremque sensum excitant.

Tandem aliarum aquarum more, huius balneoli aquæ libram distillandam inieci vitro, ac praestò fuit, primis ab igne motibus, mineralis ille spiritus, quamvis leuis, vasis ad os naribus admotis tantum perceptibilis; in destillatis primis vncijs nil, quod esset à reliquis distinctum, percepī, sed in omnibus volatilem aporrheæ contentorum salium liquido sentiebantur; suauiori tamen impresione, quam antè aquæ destillationem, nil acidi, nil austeri, nil falsi; sed quid subdulce imprimentibus: peracta distillatione, vix salis fuit residua drachma, eundem coagulationis modum nacta, ac Foris cryptæ aquæ, atque Iuncariæ: primò linguæ tactu lixiuij illum *alKaliūm* præferebat saporem; salis deinde marini gustum excitabat, persuerabatque sine amaro co, quem in utroque præcedentium balneorum notauimus: hoc unum singulare in hoc sale animaduei, quod, scilicet caloris vi exiccato, si à caloris remouebatur vicinitate, suscepta statim

sapor.

ab

ab ambiente aere humiditate in muriam iterum
tenuabatur, quod semel examinatorum balneorum
sale exiccato, id non euenit: pendet id caloris ex
excessu, quo exploratas in præcedentibus lymphas
aqua balneoli superat; existimauit etenim, quod si-
cuit vegetantium *alkalia*, quo magis igne torren-
tur, eò celerius humidi ambientis accessu fluunt,
vt in calcinato vini tartaro obseruamus; ità salis
particulæ huius aquæ, quæ caloris actione priùs, ac
deinde destillationis bullitione, *alkalizantus* (vt
spagyrico utar verbo) *alkalium* assumunt indo-
lem, fiuntque exhalantis capaces humiditatis, ex
cuius accessu veluti oleosum in liquorem abire
minime desinunt. Occasione hac notare hic non
præteream, quod sicut in vegetantibus, antequam
in cinerem abeant, nullum est actuale sal alkali; sed
quidquid vegetans omne constituit sub forma ma-
net concreti, qua ignis aduentu ex proprij sulp hu-
ris colliquatione pro aliqua sui parte fixatur in
alkali; ità quoque thermales aquæ antè earum di-
stillationes, fixo omnino carere alkali existimo, ac
quicquid salis post destillationem relinquunt sul-
phurei spiritus, qui destillationis feroce crafse-
scit in illis gliscere sub forma fixumque abit in
alkali: pendent itaque harum aquarium virtutes, in
prædictis contumacibus debellandis morbis, ex
contenti salis volatilis energia, quæ ægrotorum
corporum diapheresin, vel impeditam promouet,
vel fistit furiosam; utrumque enim, dura immuta-
tur, vt latius alibi, perficere efficaciter potest.

Legimus in allatis antiquorum traditionibus,

tan-

tantam habuisse huius Balneoli usum in morbis curandis energiam, ut Deum, naturalibus spretis causis, ibi credcent esse, qui diuine potius munificientiae vi, quam ipsarum concursum, morborum non paucorum rabiem deuinceret seuientem; ac in posteros fluxere deinde mirifici non solum balnei traditiones istae; at passim ex usu experimenta quoque; ita ut non desint grandæui in Urbe homines, qui ex huius balnei usu maiora, quam quæ ab antiquis traduntur, miracula sua se vidisse acerbatentur, ætate: ac rebellium seuitie morborum sœpissimè afflictos, deperditum iam Balneoli usum, præsentaneumque leuamen lacrymasset concives; restituto iam itaque Balneolo, eadem nunc prætanda fides, atque non minus, ut antiquitus, Neapolitanis illius frequentandus est usus; non solum quia ex vicinitate omnibus, tam mari, quam terra vectis, prestò est; sed enim ex innumeris uritatem dicam, miraculis, quæ ab hoc balneo recenter restituto in morborum curatione, summa cum nostra delectatione, sumus experti, quorum historiam aliquorum hic haud recensere pigebit.

Princeps Sancti Buoni ex magna Catacciolorum Proslapia, Regni dynastes; ut heroicè in indolis exsuperis fortitudo est animum; ita sui corporis imbecilla, ex tabido forte contaminata gemitore, generationis adscivit principia; infantiam propter ea, adolescentiamque valetudinariè transagit, tanta organorum gracilitate, ut duobus retro annis circa ætatis sue decimum nonum Magna cum Heroina

roina Ioanna Caracciolo matrimonio coniunctus,
de prole pro huius, de omnibus benemeritæ Do-
mus perpetuitate, ambigeretur; vñus. iam erat, vt a-
liquid corporis, roboreisque adipisceretur pro me-
dientum cupidinibus remediorum myriadibus; at
extrà beneficium: anno elapso cum restituti iam
Balneoli multoties perfunderetur aqua; adeò ve-
getum sensit corpus, tantaque fuit carne, atque
robore aductus, vt præter aspectus immutatio-
nem, quam omnes mirabantur, ex Principis Vxo-
ris abortu futuram prolem non amplius in dubiū
verteretur; currenti deinde anno securiori, largio-
rique animo prolixius balnei frequentauit usum,
atque adiutus eò est, vt suæ ætatis iuuenibus ro-
boris, habitusque non habcat, iu quo inuidet cor-
poris; suscepitq; iam ex Principe Vxore deficien-
tis illustris suæ prosapiaæ germen.

Eleonora Vallis Boschi Princeps Loffredorum
Maidensium, Daualorumque Propago, Alphonsi
Principis Piccolomini vxor; inter seculi matro-
nas, forma, & animi dotibus nulli planè secunda;
elapso anno vtero gerens; cum inter venandum
violentio veheretur ab equo, vterus apertus est, atq;
vix bimestrem eiecit fœtum; puerperio fluente ad
venationem redijt; suppressus est inde fluor, f. itq;
acuto correpta morbo; contuluit demum; sed san-
guinis profluvio ex vtero inaniri cœpit, lipothy-
mij comitantibus, malo corporis habitu, artuum
doloribus, vigilijs, ingestorumque ciborum nido-
ribus: tot morbi multis iam iniusti remedijs, perti-
nacissimè perseuerabant, postremò postquam de-

cies

cies Balneoli nostri in aqua se merferat, perfectissimè curata permanxit.

Episcopus Tricaricensis Carafa, cum hypocondriorum affectibus, capitisque imbecillitate vexaretur; huius balnei vsu ex utraque conualuit in ualitudine.

Similius multis annis morbo vexatus Pater Bonuinus ex Societate Iesu; cum nunquam prius aliorum remediorum efficacia aliquod persensisse leuamen; balnei huius vsu se præter expectationem adiutum summopere sensit.

Tandem non præterea hic, tam medicis, quā ægrotis circā huius balnei consulere usum; Puteolanorum ut mercenariorum, Neapolim balneorum aquas vehentium fidei sese non committant: iniquissima enim gentium, in fraude delectatur, atque unam Subueni homini aquam, uti calidorem omnibus substituit balneis; nec suffragatur, ut ægrotorum famuli illis assistant; vulpina enim veritas, qua callidissimi sunt facillimè illos decipiunt; ut non præterea quoquè tali temperie Balneoli hanc aquam, dum è sua emergit, esse, vena, ut inde educta facile ab ea declinet; ita ut quos illi attribuunt, minus integrè operetur effectus; huius aquæ potus progressu non minus facili notatis medetur affectibus, corpus mediocriter soluit trium librarum pondere ingesto.

B B L N E V M P E T R . X .

P Etre, Balneolo, post viæ spatium passuum 307 à sinistra succedit balneum, cuius antiquus
K fons

fons in crypta in littore adaperta, ac viam subter, montem excavata versus, latebat, integrum crypte fornicem arena occupante; verum quia admirabiles semper huius aquæ vsus produxit effectus; nec memoria, neque usus omnino perierant; ac ab occupante licet arena vetustum in fontem prohibetur ingressus; in cryptæ ore propè vndam ex excavata fouea balnei effluebat lympha, eaque, & in eadem fouea, & in proprias domus transvecta, utiliter utebantur; nec amplius de vetusto fonte, neque de repurganda ex eo arena ulli unquam curæ fuit; postremò dum balneorum venabamur loca, vix paucos per palmos in cryptam apparebat aditus, indeque paulatim arenam subtrahendo, cryptam in monte reperi effossum, longitudinis pedum 60. latitudinis decem, altitudinisque duodecim, in cuius fundo receptaculum erat balnei in monte effossum, atque hinc, ac illinc in lateribus cémentitia aliqua lauacra: his omnibus ad superficiem usq; explanatis, in hanc, quam subdo formam balneum restitui: è cryptæ medio, per eius longitudinem, ut paries erigeretur curaui, qui forniciis ad superficiem pertingeret; ut non solum cryptæ latitudinem æqualiter secaret; sed ut fulcrum quoquè fornici esset; nè (sub via obducto) ob transcurrentium motum corrueret; eius in solo tribus sub superficie aquæ palmis effodiendum curaui pro ea receptaculum, atque sex se extendens in illius longitudine palmis, postque illud sex deinceps cémento obducta lauacra alterutra adiunxi in parte; ab quorum extremo septem adhuc cémentitia utrin-

vtrinquè strata , trium palmorum latitudinis , se-
ptemque longitudinis exili discreta pariete ad os
vsquè sequuntur cryptæ; ac huiusmodi dispositio
notata in loci angustia commodissimum exhibit
viris separatum, ac mulieribus balneum; ducente
ad illud semita inter medium parietem, & strata
relicta trium palmorum: vapor hic ab aqua ascen-
dens vtramq; ad cō balnei excalat partem, vt bre-
ui temporis spatio ibi degentibus sudor erumpat.
antè cryptæ ostium fluctuum, vt impediretur in-
gressus, constans erectus est paries, atque per lenes
gradus à superextructa via , est in cryptæ solum
descensus.

A piud authores omnes Petræ nomen hoc reti-
nuit balneū; ex eo quia inter miras eius virtutes, ea
præstantissima erat , quæ à renibus , & vesica lapi-
des, calculos, & arenulas celerrimè deturbabat, siue
in eius aqua se mergerent calculosi , siue eiusdem
potu vterentur; apud Alcadinum, aliosq; ne veteres
nostros septimum est in ordine, cui aliorum tradi-
tiones sunt accommodandæ, extantque huiusmodi
eius carmina:

Cui petra dat nomen mirum reor esse lauacrum

Quod lapidem possit frangere nomen habet.

Et caput à multis facit absentare querelis ,

Auribus auditum præstat, & addit opem.

Lumina detergit tunicis maculosa piatis ,

Pectoris, & cordis esse medela potest.

Vesicas aperit, de renibus urget arenam,

In inferiora lauat potus, & huius aqua.

Quamplures vidi calida potare petrosos ,

Quæs urina fuit post lapidosa satis.

*Vos igitur, quibus est dursus cum pondere venter,
Liberat assidue potio talis aquæ.*

*Quæ, noster Lombardus, Eustasi de Matera
esse existimat, eaque ita corrigit.*

*Cui petra. hi versus adscribuntur etiam Alcadino.
Et caput.sic, infestos capiti solet hoc arcerè dolores.
Tunicis.sic, nebulis maculosa fugatis.*

*De renibus.nos sic restituimus, renes expurgas arena
Venter.sic cum pondere mictus.*

Liberat.sic, Assiduus talis liberat usus aquæ.

In veteri codice calamo exarato depictum hoc balneum est, in eoque quinque hominum expressæ figuræ; quarum prima ad scapulas usquæ in balneo mersa, manibus designat pubem; digito secundo caput ostendit; tertia dexteræ digitum in oculos, sinistra peluim aquæ plenam eleuat, caputque perfundit; amplò quarta vase aquam potat, ac de pene exeuntes ostendit calculos; quinta in balneo mersa, capitù signat verticem, fistulamque ore tenet, quasi sonitum, vel susurrum exprimere velit: præterea omnium circa capitù, renum, vesicæque affectuum curationem, tam de potu, quam externo de huius lymphæ usu, mirabilia dicto leguntur in Codice.

Ioannes Villanus de hac lympha hunc edidit sermonem.

Sequita lo bagno de la Petra: lo quale, e posso in fine de questo loco sotto la ripa del monte appresso la marina: haue lo nome per lo effecto suo, perche rompe la Petra: pronoca la urina: monda li rini;
mena

mena fuora la renella libera lo capo da li dolori: la-
ua le macule da li ochij: dona lo audire alle orechie:
remoue il sonito: medica lo core, e lo pecto, el benere de
questa acqua calda monda li interiori.

Huncque Sauonarola.

Reliquum Petra dictum: quoniam petram fran-
git. Membra capitis. Omnes capitis querelas depel-
lit, surditati subuenit, caligini oculorum, & cataractæ.
Membra pectoris. Confortat pectus, & cor: ape-
rit urinæ vias miro modo: ut sic ab eis expellat arenulas,
& lapidem in eis genitum frangit cum calida
potata fuerit.

Nec silentio Vgulinus committit, scribendo.

Aliud est balneum, quod vocatur de Petra, id à
multis passionibus caput liberat, auribus prestat au-
ditum, abstergit oculos, & eorum scabiem curat, cor-
di quoque, & pectori medicinam præbet, renum la-
pidem frangit, arenam curat, vesicam aperit, & urinæ
difficultatem remouet.

Mengus Fauentinus octauum in serie hoc pos-
nit balneum, ut suprà ideo corrige, dum nos eius
subdimus verba.

Octauum balneum, quod dicitur Petra, quoniam
frangit Petram. Membra capitis; omnes passiones
capitis expellit, surditati subuenit, caligini oculorum
& cataractæ. Membra pectoris: confortat pectus,
& cor: aperit vias urinæ, sic ut expellat arenulas,
& lapidem in eis genitum frangat, cum calida po-
tata fuerit. Nos dicimus, quod isti effectus similiter
reducuntur in nitrum tanquam in causam: quare
nitrum est minera eius.

Franciottus breuissimè tangit , ità excurrendo .
Sub eodem etiam monte est illud quod *Petra* dicitur : quia lapidem frangit.

Noster suo more Elysius sic proseq̄ p̄ahet Poētē numeros .

De Petra lauacrum sequitur , quod in fine huius litoris sub rupe montis positum ab effectu consecutum est nomen ; nam petram frangit , urinam prōnoscat , renes mundat , educit arenulas , caput à doloribus liberat , detergit ab oculis maculam auditum auribus p̄eflat , & sanitum remouet , cordi , pectorique medetur . huius aquæ calidus potus interiora mundat .

Neque Bartholomæus Taurinensis hac vnda voluit suum carere libellum ; his enim verbis ibi complectitur .

Aliud est *Petra dictum* , quoniam petram hoc est calculum frangit , omnes capitilis molestias propellit , surditati , oculorum caligini suffusione succurrit : peccatum & corroborat , urinæ meatus aperit , arenulas ejicit , lapidem , si calida bibatur frangit .

Andreas Baccius , licet sub eadem adulterina rubrica , perbellè nostram dat literis lympham ; at fallitur quoque in eo , quod æris portionem in ipsa contineri coniicit quod clarius infra .

Quæ vero à *Petra cognomentum* habet , hanc sibi p̄ecæteris mirandam prerogatiuam vindicare visa est , quod arenulas eibita pellit , & calculos confringit . Partium valde subtilium , ex aliqua æris portione cum nitro , quam ob rem oculorum caligini , suffusionib⁹que auxiliatur .

Foris cryptæ lymphæ actu friget notabili à Vulcanis

canis distantia, & telluris humilitate, qua tegitur ;
repet illa Iuncarię, quia Vulcanis proximior, &
quia altiori contegitur solo; calet illa Balneoli vix
viuentium suprà calorem, & quia Vulcanis proxi-
mior aliquantulum, & quia eminentem, licet pu-
miceam, ac mollem, montis rupem, effluendo, tran-
seat. Calidiorē præterea hanc Petræ balnei senti- *Cal.*
mus lympham, cum è duro fluat falso, durumque
super, ac peraltum habeat montem, quod efficit, ut
conceptus non effluat in aqua calor, & vt contenti
in ea originalem sales feruent indolem ; cum nulla
aut debilis in montis materiam illorum sit actio ;
hic, quem hæc lympha fouet, calor, adeò viget, vt
è vena ipsam emergentem in vapores tenuet, qui
balnei excalfacientes locum, sudorem ibi degenti-
bus excitant ex corporibus, quæ proprio in fonte
hoc vtuntur balneo, cum quoque profusum ege-
runt, vixque suprà horæ medietatem tolerare illos
possunt, cuius caloris graduum exactas differen-
tias, thermometro emensas, paulò post in Calature
balneo trademus.

Huius balnei aquæ color à simplici aliquanti- *Color.*
sper aquæ perspicuitate ad albedinem declinat, il-
lo Balneoli paululum crassior, salis ob abundan-
tiā, qua illi præpollet, estque quodammodo co-
lori aquæ Iuncariæ similis.

Vbi hæc lympha è vena emergit, qui eleuatur
indè halitus, sulphuris odorem præfert, quo vn- *Odor.*
dique cryptæ spatiū perfunditur ; atque indè af-
portata, non solum dum intimo feruet calore, sed
frigefacta quoq; cuncte sulphuris odorem eructat.

Sapor. Potus huius aquæ , vti è vena effluit , quo innumeri hoc anno saluberrime usi sunt; caloris ob exuberantiam , mineræ ipsius saporem exprimere experitur ; sed si tepida , uel omnino sine originali calore sit hausta:extēplo sui ex prompta alacritate saporis palatum ferit, & linguam ; id quod primò imprimit, tenuati in fumum, ac ab aqua ebibitum, sulphuris saporis indolem exprimit; sed dum resoluti acrimoniam sulphuris perseverare credis , marini salis in sensu diffunditur salsedo; ita ut, cum naufræ aliquid concitare primus sulphuris sapor uideatur , à continuo superueniente salis marini sapore, nausea in quid tale gustui pergratum commutatur, eodemq; in stomacho, ac in palato producit effectus.

Vitro deinde aquę libram inieci, atque aliarum more eam destillandam curaui ; uehementior ex hac, quam ex alijs spiritus ille sulphureus effluxit ; primæ destillationis stillæ speciali aliqua qualitate, à medijs, ac postremis minimè distinguebatur; sed tota destillata lympha acidulum præferebat saporem . neque sulphuris indolem penitus deposuerat, constabatque ex colore, saporeque plus salis spiritus ex hac aqua, quam è ceteris auolasse ; nam saporis energia, qua ceteris, non iam destillata hęc aqua præpollebat: salem ceteris vberiorem fouere ostendebat, verumtamen sal à destillatione residuum in vitri fundo, vix semidrachmæ pondus æquabat, nilque habebat singulare, quo ab illo , ex Balneoli lympha residuo, distinguetur; imò hoc quodammodo alkalibus pertipiebatur magis affine , illum que

que imprimebat saporem, qui à sale marino, sulphure torrefacto, exprimi solet; præterea exacta ut industria omnia tentarem, destillatam huius balnei aquam pelui excepti, Soliq; exposui: vt suauis humoris vaporatione, in lateribus, quidquid intus coagulabile foueret, inuenirem; res pro voto fuc-cessit; etenim tenuissimum sal pergratum gustui, & penetrans, vasis lateribus adhæsit, quantitatis haud exilis.

Affluenti itaque volatilium salium sulphuræorum copia, quæ hac aqua fouentur, nil mirum si ex-terno tam, quam interno eius vsu, tot patrentur miracula, quæ ab antiquis traduntur; ea enim omnia, fortasseque maiora potest sua resoluenti, abiter-genti, discutientique vi, ac tandem diaphoretica: quod minimè temerè, & ex coniectura asseruisse; nisi duorum annorum assiduo multorum vsu con-firmata, vltro experimentis, quæ tradita ab antiquis sunt, fuissent; etenim cum balneum hoc Vrbi pro-ximum sit, atque tam mari, quam terra facilis ad illud accessus; vltro sexcentorum ægrotantium nu-merum præsentis, præteritoque anno, eius vel om-ninò curati sunt vsu, vel saltem summoperè leua-ti: scabie siquidem, alioue cutis contagio infecti, quinta, vel sexta aquæ in immersione, vbi se per horæ medietatem detinuissent, mundati, ac perfe-cissimè curati, abibant; meiendi impedimento, & quo quis vesicæ labore vexati, ex quauis causa, huius balnei vsu illicò vrinam eodem in balneo absque villa molestia reddidere, ac labores, doloresque ces-sauere; qui verò fixa causa, veluti lythiasi vexaban-tur

tur, vel ulcerare, recidiuā perpetiebantur; quamplures eius intrā duarum librarum pondus vsi potu sunt, ventrem his leniter turbauit, vrinam augebat nephriticis, cum expulsione fabuli, phlegmatum, & arenarum; in dies validiorē ventriculū experientur; caput à doloribus, emicranijs, alijsque insolentijs paulatim liberum agnoscebant; vltra dupondium quò magis augebatur quantitas, eò magis ventrem soluebat, absque impetu, sine dolore, procul à tormentibus, constantiori semper ventriculo cum ciborum appetentiæ incremento; ac ab huius vsu hypocondriaci maxime leuabantur. laborent medicamentarij in purgationum medicinis, quas abstergentes, mundificantes, refrigerantes, ac diureticas vocant: salis prunelle, absynthij, tartari, aliorumque similiūm commixtione; nam vñica hac lympha, naturæ præparata artificio sine sumptu, absque imposturæ periculo, ea omnia, quæ ab illis perfunctoriè sibi promittunt, obtineri feliciter possunt; aliquot itaque historiarum non pigrabit, hic recensere, quæ ex vsu virtutes confirmarunt balnei.

Stephanus Carriglius de Salcedo inter illustres, qui huc ex Hispania appulere, togatos, doctrina, magnarum rerum agendarum prudentia, morum integritate, nulli quidem secundus; iura Regis, & Regni postquam alijs in tribunalibus dixerat; acerba adhuc in æstate, claborati tamen consilij, Supremo in Regni Senatu, Regiam ut regeret Cancellariam, politica, ciuilique lance regni uicissitudines libraret, moderareturque cum alijs, adscivit

locum; indē ab utraque grauatus mole, ex causis in copiosam arenularum generationem inciderat; quapropter huius aquæ potu ad duarum librarum pondus per mensem usus, ieiuno stomacho quolibet mane in omnibus felicissimè meliorem sè habuit; ita ut ex Heroina Francisca Barionuouo, & Monroy, suprà sexus conditionem ingenij acuminæ, morumque honestate illustri Vxore, suscepturnum se retardatam hactenus prolem, non desperet, quod Deus faxit: ut Petrelle oppidum, cuius nunc est Dominus, sub hac illustri perennè superbiat prosapia.

Marchio Alfidene ex i'lustri Gattolorum familia, atque ex proprijs animi, & corporis dotibus summæ inter huius Vrbis Primates existimatis, hypocondriorum doloribus atrociter uexatus, huius aquæ usum in potu tentauit ad tres libras, quo fuit summopcrè leuatus; ex eo quia uenter leniter soluebatur, ac qua[u]is ab largiori usu se abstinuissebat, ob poplitum inflationem; liber tamen à doloribus uiuit, nec amplius fuit recidiuam paflus.

Didacus de Sylua Hispanus pedestrium militum præfectus, nephriti, & arenulis laborans, per decem dies hanc aquam summo cum leuamine affluenter potauit; superueniente deindè diarrhea, ab usu cessauit.

Archipresbyter quidam ex oppido Balneolo, tanta calculorum copia assiduo uexabatur; ut per duos annos nunquam diem, in qua calculum non cijceret, præteriisse recordabatur; sepissimè in urethra

thera cumulabatur, vrinamque retardabat; per integrum mensem quatuor librarum usus aquæ tunc potu, ac omnino calculorum generationem extinxit, perseveratq; hactenus in perfecta acquisita ualeudine.

Veritus quidam famulus, qui è balneo aquam Domino asportabat; cum brachiorum, & crurum doloribus, ex lue uenerea exortis, atrociter uexatur, nemine id illi cōfidente, affatim se huius aquæ potu, dum è uena emergebat, implere cepit, illamque fērosis excrementis refertam, affluenter per sedem reddebat, ac quindecim post dics ex assiduo usu à doloribus se liberum sensit.

BALNEVM CALATVRÆ.

Petræ Balneo proximum illud Calaturæ est; nam alia ab parte rupis, lauacro supereminētis Petræ, eadem in via post spatium passuum 25. à dextra hoc Calaturæ occurret balneum: ob confusas scriptorum traditiones (de quibus infra) incōpertus erat huius balnei locus, ac apud huius ætatis homines pœnitus extincta, & balnei, & loci memoria: uerū ego Alcadini lucernam sequutus cum codice uetusto, Villano, & Elysio, Lethæis ab tenebris balneum in lucem reduxi; etenim locum horum scriptorum descriptionibus respondentem, ad explorandum aggressus; nullo quidem eius in ambitu alicuius aedificij occurrente vestigio, ferre de re desperaueram; cum è littore eminentem, ad viæ fulcrum erectum parietem intuitus: arenarum agge.

aggerem, veluti e pariete in littus prouidentem; conspexi: arena itaque mare uersus exaggerata; crypta sepe obtulit subter uiam, montem obducta versus, illi Petræ, de qua retulimus, haud dissimilis; erat hæc in monte minime effossa; sed cémento constructa; longitudo pedum erat quadraginta, latitudo sex, altitudo pedum decem, aderant circa eius medium lauacrorum vetustorum signa; balnei hunc locum, industriam comitante fortuna, reper-tum, in huiusmodi formam restitui. Cryptæ ostium pelagum versus adapertum, muro obduximus, fenestra, lumen tantum admittente, relicta; deinde à dextera viæ parte, ubi cryptæ longitudo terminabatur, scalas aperui, qua per extreum parietis latus cryptæ, circa eius medium descendebatur, ubi ostiolo altero, & altero adaperto, duplicum feci in cryptam ingressum, pariete inter ostiola per latitudinem erecto, eam diuidente; ita ut viris mulieribus separata esset in balneo, lauacris, alijsque cum commoditatibus mansio.

Indidere antiqui huic Calaturę balneo nomen vernaculum, quod decluitatem significat; cum enim Petræ balneum Olibani rupes, mare visque producta, superemineat, quod post illicò Calaturę est balneum; tam ista ab Oriente rupes, quam quæ locum circundantes, succedunt, in cliuum abeunt, & angustum, sed planum efformant agellum, sub quo balnei Calaturę lympha fluit, cuius vires his complectitur Alcadinus metris.

Pulmoni solidam dat Calatura quietem,

Inde fugat tussim, quam graue rheuma parat.

Hec

signans tumorem; tertium est viri luxatos representans articulos; quartum adhuc viri hernia scrotum graue sustentans manibus; infantis quintum suam parvulam ostendens manibus herniam; scriptura vero preter virtutes, quæ ab alijs enumerata sunt, multum hoc balneum prodesse viris, ac mulieribus, hernijs, gulæq; tumoribus grauatis refert.

Noster cuius Ioannes Villanus, nostrorum balneorum accuratissimus veridicusque Scriptor, in sua chronica Parthenopæa nostrum Calaturæ balneum suo verò describit loco, & subscriptis decorat virtutibus.

Dall' altro lato della ripa escie un acqua: la quale perocche, e nella dehesa del monte: se chiama Calatur. Questa onda clarifica le facie remone quella morfea, & altre macchie soze: allegra il core: fa la mente ferma: conforta lo stomaco: paidistie lo mangiare passato: & incita lo appetito: cazia la tosse: da riposo al pulmone: & prouede che quella infirmitate dicta thysica, la quale fosse per venire per la tosse non venga.

Sauonarola mendosè *Celaturam* appellat hoc balneum, nonumque numerum seriei ipsi tribuit, cum apud nostros autores octauum sit; in omnibus idèò ytere calamo, dum nos subiçimus verba.

Nonum Celatura dicitur. Membra pectoris. Conseruativa, palmonem, & rassim tollit, & liberat, aptos ab incursu in eam preseruat, si de ea fuerit sape portata, quæ descensu catharri facta est. Membra nutrienti. Stomachum confortat, & digestiunam eius, & appetitum excitat.

Ygu-

Hæc stomacho vires reparat, vim præbet edendi,
 Sæpius absumptas decoquit illa dapes.
 Detergit faciem, menem corroborat, & cor
 Iætitiat, turpes radit ab ore notas.
 Formidet quicunque phthisim cum tuisse paratam;
 Vt timor abscedat, sæpius intret aquam.
 Inueterata suis sicut radibus arbor
 Nequaquam poterit absque labore capi.
 Non aliter veteris serpentia semina morbi
 Possunt euelli qualibet arte simul.

Quæ noster ita recognoscit Lombardus, qui
 contrà Alcadinum, Elysium, & Villanum, quos se-
 quitur, quibusq; hac in re summa adhibenda fides
 est, nescio quomodo in Tripurgulis falso hoc lo-
 cauit balneum; cum omnes hi autores, vbi inueni-
 mus, atque descripsiinus, ponant, atque designent;
 in verum suum locum itaque, & ordinem apud
 ipsum restituendum. Recognoscit enim.

Pulmoni. adscribuntur (ipse Eustasio adscribit)
 etiam Alcadino. aliter sic, Pulmoni prestat solitam
 Calatura quietem.

Nequaquam sic melius, Auelli è terris absque
 labore nequit.

Non aliter. sic legitur, sic etiam veteris serpentia
 semina morbi, Haud facile euelli qualibet arte
 queunt.

Scripto in Codice, post illud Petræ, depictum
 hoc balneum est, quinque simulacris humanis or-
 natum; primum est mulieris dexteræ digito her-
 niari in pube demonstrans, sinistræ digito pectus;
 secundum adhuc mulieris digito quoque in gule
 signans

Vgulinus nominis mendam adauxit; vocat enim *Collaturam*. Sunt eius verba.

Alind est balneum quod Collaturæ pone (Calaturæ) dicitur. hoc virtute sua pulmoni quietem praestat, curat tussim & rheumate causatam, & dicitur quod usus continuus huius aquæ preservat & prohibet, vires stomachi reparat, roborat etiam appetitum, & cordis lætitiam inducit.

Mengus Sauonarolæ exscriptor omnia, quæ ille posuit, & ponit; uerum aliter nomen distorquet, additque quoq; mineram; alia ut suprà, ultimum ex anatome itaq; corriges. Ait.

Nonum balneum Colatura dicitur. Membra pecloris, cor laetificat, pulmonem & tussi liberat, & preservat & tussi si sape potata fuerit, que descensu catarrhi facta est. Membra nutrimenti, stomachum confortat, & digestiua eius, & appetitum. Nos dicimus, quod ista aqua tenet de nitro, & forte etiam de ferro.

Franciottus suo more ocyssimè exarat, mendum, rectumque colligit nomen. Fatur. In extremitate præterea monjis *Calaturæ* est *balneum*, quod *Calatura*, seu *Colatura* dicitur. Occide ultimum,

Nostras Elysius his dictiōibus Alcadini soluit metra.

Ex alio rupis latere unda surgit aquæ. que à descensu montis Calatura dicitur. hæc unda claratfaciem: morpheam, & alias turpes maculas ab ea remouet, cor laetificat, mentem roborat, stomachum confortat, præteritas crapulas digerit, appetitum incitat, tussim

*tussim fugat, dat pulmoni quietum, & prouidet ne
phriticis ex tussi parata procedens.*

Tauriensis sub vitiato *Colatura* nomine nostræ
describit vndæ vires, nonumque dicit in ordine
balnetum, verumque enim corrigere. Inquit.

*Nonum Colatura vocatur, cor exhilarat, pulmonis
affectus, & tussim à suffione tollit, eandem, si sepe
bibatur, prohibet, ventriculum, & coctionem roborat,
appetentiam excitat.*

Andreas Baccius in libro 4. de thermis hoc *Ca-*
laturæ balneum, uti prædicta in libro 5. in Puteo-
lano agro falsò locauit: robrika ex, *Balneum Ca-*
laturæ, & alia in Puteolanis, tantumque numen-
discutit, & virtutes ferè omnino silentio præ-
bet.

De Baianis porrò, scribit, ac Puteolanis, cum
plus, vel minus omnia ex prædictis incendijs ali-
quam sèserint calamitatem, primum sordidis medici-
videtur, ne dicam auari, qui ad priuatos ramen usus
eas conuehi iubeant: ut quotidianas sua sollicitent
visitationes, & non potius si meliora non defint con-
sulant balnea, vel alia præsidia. Deinde cum in-
ontinua hæc versentur mutatione non est, quod cu-
iosas quis à nobis postulet historias; nam aliqua ad
singulares aliorum Scriptorum de balneis remitti-
nus tractationes, & quarundam nihilominus, que-
rare accepimus, breuem saltem facere dignabitur
entionem. Ut de hac ipsa Calatura factò est opus.
Nam inter viam maritimam, quæ à Pausilippo per-
pet ad Puteolanis moles, passim veterum sepul-
cras, vel balnea semilacera, vel destituta occurruunt,

L

que

que diuersi sūt generis, & plus minus sulphuree na-
turæ; quod nomen recipit hæc aqua, vel quoniam ex
duris colliculi salebris delabitur, ut Leander Arber-
tus attestatur, vel à caloris gradu, sunt enim admo-
dum sulphureæ, & caletæ, quasi vulgo dictæ Calla-
tura. Subditque post mentionem aliquorum bal-
neorum vix vnicam generaliter virtutem. Reci-
piuntur in balneis ad terpes super cutim maculas
mundandas, exiccatas, ac discussoriæ facultatis.

Hæc Calaturæ aqua remissionem, quam Petræ
habet calorem, paululumque illam superat Balneoli;
ex declinitate enim loci mineralis vis affuit,
atque calor remittitur.

Odor sulphureus, ac mineralis, quamvis illo
Petræ remissior, ex hac aqua manans naribus sen-
titur.

Perispicitas huius aquæ media est inter illam
Balneoli, & Petræ.


Sapor vix paulum abacuto, salloquè aquæ Petræ
declinat; ac denique hæc Caleturæ balnei aqua in
omnibus qualitatibus illam gradu uno Balneoli
superat, altero que illa est Petræ remissior; quod fa-
cto destillationis periculo, confirmatum adhuc
fuit; cum lympha destillata, illi aquæ Balneoli
vaporatæ similiæ, eiusdem speciei, & quantita-
tis sal in vasis fundo reliquerit.


Cum duobus elapsò anno asthmaticis mulieri-
bus hoc consuluisse balneum, herbæ fæle huius
habuere ex usu; vnde cum nobilissima Matrona
ex Strambone familia. S. Manghi Princeps asth-
mate, assiduaque laboraret tussicula, huius balnei

vnu

vsi morbum rebellem cessurum , existimauit ; op̄
portunitatem itaque noctis temporis , decies ad
scapulas usque balnei se mersit in lympham , horęque
in ea transfigendo interuallum , insolenti ab morbo
liberam fessę sentiit .

Opportunum demum hic , erit promissa s̄pē
de termometro verba facere , qua descriptorum
balneorum exactissimè caloris gradibus emensis ,
inter se quantum ipsa differat , quantumque vel
vuentium calor eorum superat calorem , vel vi-
uentium ab calore ipsorum superetur calor , certa
regula examinari possit ; ad quod huiusmodi exco-
gitaui vitreum instrumentum , quod factio pericu-
lo , ad usum accommodatissimum fuit .





Huiusmodi constructio instrumento, ignis admoueatur eius pars A. B. rarefactus ut per C. at fugiat aer, exeatque per adapertum foramen D. ac illicè instrumenti pars C.D. in aliquè immergatur liquorem; nam pars A. B. ab igne remota, dum ad temperiem ambientis reducitur aeris, per os B. liquorum attrahit, qui in E. communis ambientis forte caloris punctum ascendet: ibique usque dum, ab A. globulo ad B. usque, aliquid, vel calidius, vel frigidius aere tunc ambienti, admoueatur, permanebit.

Re sic disposita, globulus A. nite circumobruiatur; nam illicè aeris ex concretione, spontè E. liquor in B. usq; ascendet; tunc à niue abstrahatur, ac pristinorestituatur cōmuni ambienti, nā aeri iterū rarefacto, locum ceder liquor B. iterumq; in E. descendet; deinde immergatur globulus A. feruenti in aqua; nam ex rarescente aere, ab E. liquor præcepis descendet in C. reuertetq; iterum in E. si exētus è feruenti aqua globulus A. communis restituatur ambienti: cognita ex his tria tibi erunt puncta B. summi frigoris, C. summi caloris, E. communis ambientis, adde nunc quartum caloris viuentium, quem, si sani iuuenis manus, communis gente in ambienti, foucas globulum A. habebis; in liquor E. in F. tunc descendet. Habet nunc teram, dua, tam ad communis ambientis aeris orem respectum habendo, quam ad nostrum, eadem, & frigus ponderare cuiuscunque corporis es; nam circà A. quoquis corpore, vel frigido, calido admoto, inclusus aer, vel densabitur,

vel rarefiet, ac liquor E. aeris ex metu, vel ascenderet, vel descendat, ac secundum ascensus, vel descentus supra, vel infra, E. & F. exceſsum, communis ambientis, vel viuentis calore frigidius, vel calidius erit corpus. His sic cognitis, thermometrum nostraram ut thermarum metiremus caloris gradus, hoc aptauimus modo.

Finsimus distantiam inter E. ambientis, & F. caloris viuentis, trium esse graduum, quorum proportio ab E. ad B. summi frigoris, & ab F. ad C. summi caloris punctum, spatiorum distinximus distantiam, ita ut thermometri longitudo à B. ad C. decem & octo contineat graduum spatia, Ergo ē puto tunc hauctam Fortis crypræ in aquam thermometri globulum immersimus A. ac liquor E. duobus alijs gradibus B. versus ascendit, Eodē facto, dum ē vena emercebat, lymphæ Iuncariæ periculo duorum ferè graduum spatium, E. liquor F. versus descendit. Cum hoc de Balneoli lympha experiremus quoquè, obseruauimus liquorem, E. paulò plus vnius gradus spatio sub F. descendisse. De Calaturæ vero aqua Blandeoli lymphæ affini, facto experimento, duorū gradū spatū sub F. descendendo, liquor compleuit; ac Petræ balnei in aquam immerso globulo intensiorem ob calorem quinque graduum spatium sub F. descendit.

Notandum præterea est, quod assignata in thermometro punctum B. frigoris, & C. caloris fixa sunt, & ubique immutabilia, certis enim pendente ē causa, ut nix est, seruensque aqua; puncta vero E. & F. communis ambientis caloris, & viuentis, pro-

ambientis, & viuentis dispositionibus mutabilitas
sunt: itaq; temperierum balneorum puncta quam-
uis, respectu habitu ad B. & C. fixa quoque sunt;
tamen secundum hominis temperiem, qui illis uti
debet, considerari à medico debent, ac ita sese ijs
in consulendis gerere, vt balnei aquæ temperies
per quatuor gradus, hominis temperiem, cui ea
utendum est, versus utrumque non excedat extre-
mum; quò verò balnei temperies temperiei viuen-
tis proximior, eò balnei virtutes patientis naturam
ad utilitatem promouebunt, percipiendam; quod
non ita eueniet, si inter utramque temperiem
multorum graduum sit excessus: lacessita enim na-
tura à nimium excedente caloris, vel frigoris qua-
litate, nil tunc de reliquo curat; sed in lipothymias,
seniores, animi defectus, tremores, rigores, ac pal-
pitaciones, secundum qualitatum excessus, facile
pronit; sunt valdè admonitione digni medicorum
huius urbis aliquot, qui balnei in aquâ Gurgitelli
insulæ Ænarie, antequam eius caloris dissipetur
impetus, miseris mergere patientes inconsiderate
uident; illa enim aqua nouem caloris gradus vi-
entium supra temperiem præsefert; ita ut multo,
es præter lipothymias, aliaque horribilia sym-
tomata, matronarum elixante ab teriore cucis
bullas, & vesicas attollatur. nostris diebus huius
Inei Gurgitelli in insula Ænarie apud Vulgnus
capitanum ingens fama vagatur, cui se sub-
bunt Medici Iulij Iazzolini conjecturis sedu-
curatus ille vir quantum in hominum anato-
coætaneos suos studio, & odere superauit: tan-

etiam in commentarijs thermarum Inatimis , quare
Scriptorum nullus ante illum meminit aquarum
anatome prætermissa, in tradendis mineralibus in
ijs contentis seipsum , & alios decepit ; Sanè hæc
Gurgitelli therma, *Subueni hominibus Therme in-*
Puteolano in omnibus respondet, continenq; am-
bæ ipfissimum caloris gradum, ipsissimaq; minera-
lia, vt suo loco demostrabimus, illiq; hanc sine
errore substitui posset, commodiori vnu, tutioriq;
breuiorique ; quā m ad Ænariam accessu ; verū
hoc à priuatis viris, publicis vibus addic̄tis, asper-
nabitur consilium, quippè in ipsa Ænariæ Insula
Oeconomi, qui Misericordie domui distribuendis
miserabilibus largitionibus præsunt, constructis
ad Gurgitelli balneum magnificis ædibus ad ostē-
tationem usque, accurrentibus vndique infirmis
prandia, cænas, obsonia, & lequulos, liberaliter lar-
giuntur.

Huiusmodi graduum caloris mensura alijs quo-
què vnu venit blaneis proprijs in locis ; nunc vt
Agnani regionem perlustremus, ad Foris criptæ
iterum pagum redandum nobis est, vt ad Agna-
num incipiente inde via recta perducamur.

FINIS SECUNDI TOMI.

RE:

Digitized by Google

R E R V M
N O T A B I L I V M,
IN HOCOPVSCVL O
CONTENTARVM.

I N D E X.

A

A Ger balneolorum,
& eius descri-
ptio. fol. 97.
Intinianum, eius de-
scriptio, & etymon-
fol. 98. 99.
uctoris de cripta
Neap. annotationes,
fol. 16 17. & eius
difficilis tex. Strab. de

ea explicatio. fol. 25.
Auctoris lepidæ cuiusdæ
inscriptionis explica-
tio, fol. 30.

B

B Alneum Foris cry-
ptæ eius descriptio;
& notanda. fol. 113.
Balneum Iuncaræ eius
descriptio, & notan-
da. fol. 122.

Bal-

*Balneum Balneoli eius
descriptio, & notan-
da. fol.* 132.

*Balneum Petri eius de-
scriptio, & notanda,
fol.* 145.

*Balneum Calaturæ eius
descriptio, & notan-
da. fol.* 156.

*Benianim Tudulensis er-
ror circa cryptam
Neap. fol.* 10.

*Bernardi de Christofano
viri eruditii expli-
catio difficilis text.
Sirab. de crypta
Neap. fol.* 24.

C

*Chiaia vicus deli-
ciosus, eius descri-
ptio, amoenitates, &
felicitates fol.* 1.2.3.

*Colonio S. Stratii in
Pausilypo. fol.* 67.

*Crypta Neapol. fol. 6.
eius accurata descri-
ptio, fol. 7. sine certe-
muctore, fol. 9. error
vulgi circa eam a*

Petrarca *voletus,*
fol. 9-10.

D

*Digna de balneis
Neapol. & Mon-
tibus Leucogais, fol.*
111.

*Discussio antiquarum
viarum nostri tra-
ctus. fol.* 101.

*Discussio de villa Lacy
Luculli, fol.* 107.

E

*Erqr aliquorum
Varronis inter-
pretum, fol.* 11.

F

*Felluche in Pausily-
po. fol.* 68.

*Fortunæ templum in
Pausilypo, nunc no-
stræ Virginis dicatum,
fol.* 64.65

*Francisci Petrarcae, &
Lombardii error. fol. 4.
Laco-*

I

Ness eius descriptio ;
& multa circa eam
digna fol. 81.

Iacobus Sannazarius,
& multa de eo di-
gna, fol. 71.

P

L

La Caiola, & Eu-
pleæ Veneris tem-
plum, fol. 76.
Limon nunc Coruoglio,
fol. 78.

M

Mons spinus, &
eius descriptio ,
fol. 99.
Murentæ in Pausilypo
spinis vacuae, fol. 67.

N

Natura in produ-
cendo Pausilypo
industria, fol. 30.
aturre prodigium in
Virgiliano sepulcro ,
& multa circa id di-
gna, fol. 45.

Platiorum in Pausi-
lypi limbo brevis
relatio, fol. 70.75.

Pausilypum promonto-
rium amenissimum
milliare Neap. pro-
cul, fol. 1.

Pausilypi felicitas , &
etimoni, fol. 4.

Pausilypifabellæ , & in
eo antiquitatis reli-
quiae , fol. 5. 63. sic
quondam Villa Vedij
Politionis , & postea
Augusti, fol. 64.

Pausilypi elegium Sza-
nistai Rescij Poloni ,
fol. 66.79.

Pausilypi scopuli om-
nium maris fructuum
feraces, fol. 67.

Procerum , & Proregis
in Pausilypo per-
estatem otio, fol. 68.

Res

R

T

R *Es admirabilis
mōtis Spini, &
Olibani.* fol. 133.

S

T *Ext. difficilis Stra-
bonis de crypta
Neap. declaratus, &
circa eum multorum
sententiae, fol. 21.*

S *Eneacē de crypta.
Neap. traditio, fol.
14. & circa eā multa
digna, fol. 15.
Sententiae diuersae de
loco Virgiliani Se-
pulchri, fol. 14. & ea-
rum examen, fol. 42.*

V

V *Edij Pollionis in
Pausylipo inhu-
manitas, fol. 64.
Virgiliani Sepulcri de-
scriptio, fol. 32. &
multa de eo digna,
fol. 34.
Virgili vita, fol. 47.*

F I N. I S.